

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [1] - -


Leibn Marg. 48



Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover
Am Archiv 1


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [2] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [3] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [4] - -

CHRISTIANI FRANCISCI

PAULLINI

Ferrariâ-Thuringi,

DISSER-TATIONES HISTORICÆ,

VARIORUM MONASTERIORUM,

DIVERSI ORDINIS, IN DIOECESI PADEBORNENSI, MONASTERIENSI, MINDENSI, MOGUNTINENSI, ET FERDENSI,

Originum, Fundationum, dotationum, reformationum, jurium, immunitatum, antiquitatum, aliorumq; memorabilium & curiositatum

INTERPRETES,

Literis & Bullis


PONTIFICUM, CÆSARUM, PRINCIPUMQUE illustratæ & confirmatæ.

GISSÆ-HASSORUM,

Typis HENNINGI MÜLLERI, MDCXCIV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [5] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [6] - -

REVERENDISSIMO
DOMINO,
DOMINO
GERHARDO,
LIBERI ET IMPERIALIS
COENOBII LUCCU-
MENSIS
ABBATI,
SERENISS. ET POTENTISSIMI
ELECTORIS BRUNSVI-
CENSIS
CONSILIARIO ECCLE-
SIASTICO SPLENDIDISSIMO,

ECCLESIARUMQVE IN DUCATU CALENBER-
GICO, GRUBENHAGENSI ET
GÖTTINGENSI
SUPREMO DIRECTORI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [7] - -

MAGNIFICO ET NOBILISSIMO

DOMINO

GODOFREDO GUILIELMO LEIBNIZIO,

JC^to EXCELLENTISSIMO,

AULÆ ELECTORALIS BRUNSVICENSIS CONSILIARIO SANCTIORI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [8] - -

NOBILISSIMO ET EX-
CELLENTISSIMO

DOMINO

GEORGIO REICHARTO,

SERENISSIMI DUCIS SAXO-GOTHANI CONSILIARIO, CAMERÆ GRAVISSIMO, ET ÆRARII DUCALIS PRÆFECTO PRIMARIO,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [9] - -

DOMINIS, PATRONIS,
ET FAUTORIBUS

SUMME VENERANDIS,

HOC,

QVICQVID EST OPELLÆ,

IN

DEVOTISSIMI CULTVS

PERENNISQVE OBSERVANTIÆ

SACRAMENTUM

PURA MENTE

D. C. Q.

CHRIST. FRANC. PAULLINI.

INDEX

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [10] - -

INDEX DISSERTATIONUM.

I.

De fundatione & donatione primæ Eccleſiæ Karolinæ *Eresburgi* ad Dimolam in Saxonia.

II.

De Illuſtri Nobilium Virginum Collegio *Herifordenſi*, inſtituti (olim) Benedictini, Diæceſ. Padebornenſ.

III.

De Abbatia *Meppenſi*, Diæceſ. Monaſterienſis, Ordinis Benedictini, à Ludovico Pio Corbeiæ donata.

IV.

De Ampliſſimo Virginum cœnobio *Visbeccenſi*, Diæceſ. (olim) Mindenſis, familiæ Benedictæ.

V.

De Advocato & cuſtode Lipſanorum *S. Viti.*

VI.

De inſigni Virginum Monaſterio *Ottbergenſi* ad Neitham Congregationis Ciſtercienſis.

VII.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [11] - -

VII.

De Monaſterio *Albifontano* Diæceſ. (olim) Moguntinenſis, Ordinis Wilhelmiani.

VIII.

De genuino *Cellarum* ſenſu in diplomate Adrianèo annô MCLIV.

IX.

De reformatione Monaſterii *Vllesheimenſis*, Diæceſ. (olim) Ferdenſis, Profeſſionis Benedictinæ.

X.

De fundatione & dotatione cœnobii in *valle Georgiana* Diæceſ. (olim) Moguntinenſis, cœtûs Ciſtercienſis.

XI.

De Monaſterio Virginum Benedictinarum *Keminadenſi*, Diœceſ. (olim) Mindenſis.

XII.

De *Advocatia* Monaſtica.

XIII.

Continet *Lipſanographiam*, ſeu catalogum Reliquiarum Corbeienſium Conradi (Wilhelmi) Plettenbergii.

XIV.

De antiqua & Nobili familia *Cottarum*.

XV.

De priſcæ cataeque Simplicitatis titulis.

XVI.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [12] · ·

XVI.

De *VValone*, Abbate Corbeiensi XV. ab Henrico II. Imp. per Meinvvercum, Antistitem Padebornensem, officio & dignitate privato circa AC. MXV.

XVII.

Promit elegiam *Justi ab Hôxar*, U. J. L. & Cancellarii Corbeiensis, varia comprêndentem, notulis & animadversionibus illustratam & dispuuctam.

XVIII.

De *Thidago*, qui ex Monacho Corbeiensi, ob praxin medicam, Antistes Pragensis factus.



)(Quid

QUid metuis barritum grunnitumvè Theonis?
Quisque Bonus bene Te *disserniſſe* ſciet.
Laudo *candorem*, ſimul & commendo *laborem*,
Servet, quod fecit, *nobile lemma*, VIRUM!
Omnia labuntur fatui phantaſmata mundi,
Stat *labor* ingenui & *candor*, Amice, VIRI.
Aſt ubi ſunt reliquæ, Doctorum gaudia, chartæ?
Prome *vetuſta*, cato ſicque *venuſta* dabis.

f. Bruxellæ

BERNH. PFAHL, Weſtfalus,
Phil. & U. J. D.

DISSER-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [14] - -

DISSERTATIO I.
DE
FUNDATIONE & DONATIONE
Primæ Eccleſiæ Karolinæ
ERESBURGI
in Saxonia
AD DIMOLAM.

§. I.

H. Meibom. Irminſulæ laudata.

HEnricus Meibomius Senior, *Vir magni diffuſiq; ingenii & judicii acris limatiq.* (a) *immortale decus Academiæ Juliæ*, (b) IRMINSULÆ, antiquiſſimæ Saxoniæ Numinis Tutelaris, luculentam & accuratam deſcriptionem edidit, in qua omni curâ & fide de ipſo idoſo, ſede & domicilio ejus, ſacerdotibus, ſacrorumque eorum ritibus, deſtructione & translatione ejus in Cis-Veſerranam Saxoniam, aliisque ſolidè diſſerit, innexis multis curioſitatibus ex Antiquitate ingeniosè erutis, ſcilicet de ipſo oppido *Eresburgo*, quî & quando Chriſtiana religio ibidem plantata ſit: quomodo urbs ad Saxones redierit, & denique ad Præſulem Colonienſem pervenerit. Quod illuſtre fertilioris ingenii monumentum, unà cum cœteris χαριεσσίτις Viri opuſculis, Nepos Ejus celeberrimus *Henricus*, Hiſtoriarum Artisque Salubertimæ Interpres in Illuſtri Univerſitate Helmſtadienſi, *rerum Germanicarum Tomo III.* nuper præmiſit, *cui candidus quisq; BONUM FACTUM! acclamat.*

A Nos

[a] *Herm. Conring. in epiſt. ad Henr. Meibom. Iun. T. 1. rer. Germ. præfix. c. p.*
[b] *Chriſtoph. Schrader. in append. ad Chronic. Marienthalenſ.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [15] - 1

Nos hîc, repetitâ fundatione primi istius hospitii Christianismi apud Saxones, donationem ejus, factam *Corbeiæ* novæ à *Hludovvico* & *Hlothario*, afferemus Commentariolo illustratam.

§. II. Cùm primô belli Saxonici annô, seu fundatæ salutis nostræ DCCLXXII, Karolus *Eresburgum*, (hodie *Mons Martis*, vulgò Stadtberg / seu Marßberg dicitur) *nobile Saxonum castrum*, voce *Conradi* III. (c) & *Friderici* I. (d) feliciter expugnâsset, fanumque cum *Irminsula* pio zelo destruxisset, ad radices montis oratorium, seu sacellum condidit, quod pagani ex contemtu Rattenhuß vocabant. Hinc in ruderibus veteris templi in vertice montis Imperialis munificentiæ & Celsitudinis basilicam in memoriam *Petri & Paulli* construxit, (quorum simulacra in frontispicio templi conspiciebantur, è quibus tamen posterius tantùm supereſt,) eique insigne Collegium monachorum familiæ Benedictinæ adjunxit, qui ibi sementem verbi divini spargerent, & tanquam in specula pro custodia gregis fideliter excubarent. Hunc montem (cum tota Saxonia) *Karolus* Deo obtulit, & per *Leonem* III. B. Petro consecravit, sic, *ut ab omni humana potestate liber foret, fratrumque inibi ad Christi servitium adunatorum ditioni tantummodò pareret, interdicens sub anathemate S. Petri, ne quis unquàm bellica præsidia in ipso monte collocet, aut decimas circa montem per duas Saxonicas rastas*, (milliaria) *quas illùc delegârat Karolus, diripere audeat. Hæc conservantibus pax, infringentibus excommunicatio, & à Beatorum collegio separatio dicitur.* Data est charta *Eresburgi* per manum *Joannis* Bibliothecarii & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ IX. Kal. Januar. Anno Domini *Leonis* III. quartô, indict. VIII. die dedicationis capellæ in Eresburg.

Eresburg. expugnatum

Rattenhuß /

Basilica

monasterium,

consecratio Eresburgi,

§. III. Literas has *Leoninas* post *Baronium*, (e) *Henricum de Hervordia*, (f) & Authorem *Monument. Padebornens.* (g) inseruit Irminsulæ suæ Cl. *Meibom.* (h) Dies solennissimæ dedicationis, cui (si veteri credimus libello) unà cum *Karolo* & *Leone* interfuêre CCCLXII. Ecclesiarum Prælati, fuit primus Augusti. Sub summo altari crypta est (olim Heyden-Keller / jam sacellum Elisabethanum dicta,)

dies solennitatis,

[c] *de anno* 1147. [d] *de anno* 1152. [e] *T. IX. Annal. Eccles. ad ann.* 799.
[f] *ad ann.* 805. [g] *edit. prim. p.* 69. [h] *c. XI.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [16] - 2

dicta,) in qua è regione altaris Saxo inciſa hæc verba legimus:

S. Petri ad vincula erit dedicatio annua in hac baſilica.

templum cum oppido exuſtum,

Ex adverſo autem:

CCLX. *dies indulgentiæ hîc ſunt: Dedic. PP. LEO.*

Circa A. C. MCCCXII. unà cum oppido exuſta, monſtrante id lapide cum hac inſcriptione:

Anno milleno trecenteno duodeno
Feſto Baptiſtæ apparuit ictulus iſte,
quô fuit combuſta turris & Eccleſia.

& ſubverſum,

Sed annô MDCXLVI. 24. Sept. Catti, Duce *Vſteno*, antiquum hoc monumentum *Karolinum* pulvere nitrato ſuppoſito disjecerunt. Hinc monumenta Padebornenſia: (i)

Hoſpes Eresburgi *præruptam conſpicis urbem.*
antiquâ celebrem relligione locum.
Martis *ibi quondam ſimulacro nobile fanum,*
Saxoniæ columen præſidiumque fuit.
Quod LEO vaſtatum CAROLI victricibus armis
Sacravit vero reſtituitque Deo.
Manſit & hoc noſtræ genti, dum barbarus hoſtis
auguſtum noſtro tempore vertit opus.
Nonne gigantéos meruit renovare triumfos,
quæ manus in Superos hoc fuit auſa nefas.

In prima editione *Monum.* ultimum diſtichon ita exprimunt:

Nil intentatum ſceleris manus illa reliquit,
in Superos tantum quæ fuit auſa nefas.

campanæ delapſæ infractæ, minimæ

§. IV. Ajunt incolæ, delapsâ ſuperioris turris parte; unà cum pendentibus in ea campanis, omnes has illæſas manſiſſe, de quibus tres vidimus. Minima reliquis vetuſtior fuſa eſt anno MCCCCVI. ipſo die Luciæ cum inſcriptione:

O Rex gloriæ Chriſte, veni cum pace, nominor MARIA.

minor,

Minor fuſa annô MDI. cum his verbis:

S. Johannes yß min Nahme/ myn Gelůde ſy Gode wohl bequeeme/ die Lebendigen rope ick/ de Doden beſchrye ick/ Hagel un Donner brecke ick.

[i] *edit. Amſtelodam. pag.* 102.


Maxima Maxima autem anno MDCXLI. fusa cum his versibus:

Sum tuba clara Dei Marsbergensisque minister,
& tàm defunctis quam vivis servio semper.

Josephus Michelien me fecit anno 1641.

Præpositura instaurata Anno M DC LXIX. *Ferdinandus à Metternicht*, Præpositus ibidem, sumtibus Corbeiensium, turrim, Ecclesiam & Præposituram in ruderibus suis jacentem instaurare cœpit. Monstrat hæc basilica & Præpositura, in signum primogenituræ suæ, literam

primogenituræ ejus signum



quam in posteriori Ecclesiæ ostio & ipsa Præpositura vidimus, hîc quidem cum disticho:

Quas ædes Bellona ferox extinxerat, istas
aurea pax renovat Magnipotentis ope.

monasteria secundùm alphabetum condita. Vetus, nec temnenda traditio est, *Karolum* M. ad numerum alphabeti cœnobia fundâsse, & in unoquoque per ordinem literam ex auro fabricatam, (nostra verò nunc ferrea est,) plusquàm *ducentas* libras Turonenses (Glossator Speculi Saxonici (k) habet tantùm *centum*) valentem, reliquisse, ùt ex ordine literarum tempus fundationis cujuslibet monasterii recognoscatur. (l)


capella Z. reiburg. donatur Corbeiæ. §. V. Postea *Ludovicus* & *Lotharius*, *divinâ inspiratione compuncti*, *& cœlestis patriæ amore succensi*, ob animæ salutem, hanc *capellam* cum omni integritate Corbeiæ jure perpetuo donârunt.

In


[k] *ad L. III. artic. 82.* [l] *Chron. magn. Belgic. pag. 44.*

In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti HLUDOVICUS & HLOTHARIUS, divinâ ordinante Providentiâ Impp. Auguſti, omnibus fidelibus S. Dei Eccleſiæ & noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, notum ſit, Quia Nos, pro divini cultûs amore, & animæ noſtræ remedio, quoddam monaſterium, quod *novæ Corbeiæ* vocatur, in honorem B. *Stephani* Proto-Martyris infrà Saxoniam, ſuprà fluvium *Wiſeræ*, in loco, qui dicitur *Hüxori*, conſtrui juſſimus, quod & Viro Venerabili *Adelhardo* conſtruendum regendumque commiſimus, qui erat Abbas in altero antiquiori monaſterio, quod æquè *Corbeia* vocatur, à quo & novum ſuprà dictum monaſterium nomen conſtat eſſe ſortitum. Itaque Nos *divinâ inſpiratione compuncti, & cœleſtis patriæ amore ſuccenſi*, ob *animæ noſtræ ſalutem, conceſſimus eidem monaſterio capellam*, quam dudum Domnus & Genitor noſter KAROLUS, *bonæ memoriæ Piiſſimus* Imperator, in caſtello, quod dicitur *Heresburg*, conſtrui juſſit, cum omnibus rebus, mancipiis & decimis, ad eam pertinentibus, quantumcunque Domnus & Genitor noſter eidem *capellæ* piâ devotione contuliſſe dignoſcitur, cum omni integritate prædicto monaſterio ad ſubſidia monachorum, ibidem Deo famulantium, per hanc noſtræ auctoritatis donationem, à die præſenti perpetuò habendum atq; poſſidendum conceſſimus & in ditionem ejus tranſtulimus, eô videlicet modô, ut quicquid ab hodierno die *& tempore* de prædictâ *capellæ* & de his, quæ ad eam pertinent, Rectores & Miniſtri Suprà memorati monaſterii, *diſponere atq; ordinare, vel etiàm regere pro utilitate ejusdem monaſterii*, vel fratrum in eo degentium voluerint, absque ullius injuſta contradictione ordinent atque diſponant & faciant, quicquid utilitatibus prædicti monaſterii congruere & convenire perſpexerint. Et ut hæc auctoritas largitionis noſtræ per futura tempora inviolabilem atque *inconcuſſam* obtineat firmitatem, & à fidelibus noſtris, tàm præſentibus, quàm futuris, ſeu etiam ſucceſſoribus noſtris *fidelibus S. Dei Eccleſiæ*, veriùs certiùsque credatur, eam manibus propriis ſubterſignavimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum HLUDOWICI Sereniſſimi Imperatoris,



Signum HLOTHARII Glorioſiſſimi Auguſti.



Durandus Diaconus ad vicem Fridagiſi recognovi. Data XII. Kal. Julii, Anno Chriſto propitio XIII. Imperii Domni HLUDOWICI Piiſſimi Auguſti, indict. III. Actum Ingilinheim palatio Regio in Dei nomine feliciter Amen.

examen alius diplomatis

§. VI. Monumenta Padebornenſia (m) etiam afferunt hoc diploma, ſed vide tu diſcrepantias. Hæc verba: *bonæ memoriæ piiſſimus:* & illa: *& tempore:* & iſta: *diſponere atque ordinare vel etiam regere pro utilitate ejusdem monaſterii*; omninò deſiderantur in Monumentis. Nos legimus *inconcuſſam*; Monumenta *inconvulſam*. Verba: *fidelibus S. Dei Eccleſiæ*, iterum reticuêre Monum: ſecundæ editio-

[m] *edit. ſecund. pag. 113. ſeq.*

editionis, cùm tamen in prima (n) reperiantur. Ecclesia ista ter vocatur *Capella*. In literis verò Ludovici IV. Regis mox exhibendis *Abbatia* dicitur, & Fridericus I. nominat *Abbatiolam*, (o) respectû *Regalis Abbatiæ* Corbeiensis, (p) cui subdita hæc est.

Capella aliàs oratorium est, seu templum non consecratum. (q) Hic verò *Augusta basilica* intelligitur, cui Karolus dedit decimas per duas Saxonicas rastas. *Domnus* ajunt: quæ vox posterioribus seculis dicta de personis Ecclesiasticâ dignitate fulgentibus.

Nam quas passus erat, cùm Domnus *Episcopus illi ærumnas retulisset.* (r)

§. VII. Laudatus *Ludovicus* Rex (qui ultimus erat ex familia Karolina,) pro augmento mercedis suæ annô DCCCC. *Bovoni* II. omnes concessiones, seu donationes Antecessorum suorum confirmat & corroborat; eidemque infra Abbatiam Eresburgensem in villa *Horohusen mercatum & monetam* cum *telonio* largitur, secundùm tenorem literarum:

donatio mercatûs, monetæ & telonii Eresburgens. &c.


In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. HLUDOWICUS divinâ gratiâ Rex. Si petitiones nostrorum fidelium, quas pro utilitate Ecclesiarum Dei Nobis suggesserint, ad effectum perducimus, ad *æternæ retributionis augmentum* id Nobis profuturum liquidò credimus. Unde noverit omnium fidelium nostrorum præsentium & futurorum industria, qualiter, per interventum Venerabilis & dilecti Comitis nostri *Counradi*, monasterium quoddam, *nova Corbeia* nominatum, cui præest fidelis noster *Bovo* Abbas, in nostram tuitionem & mundiburgium suscepimus, & omnes concessiones, seu donationes Antecessorum nostrorum, eidem cœnobio collatas, nostrâ auctoritate firmamus atque corroboramus. Videlicet ut & immunitatem habeant ab omnibus publicis exactionibus & judiciariis potestatibus homines ejusdem Ecclesiæ, liti & coloni. Et Rectores ipsius monasterii in expeditionem cum suis hominibus ire non cogantur, sicut à nostris progenitoribus olim eis concessum fuisse constat. Sed & hoc pro nostræ mercedis augmento ad eorum utilitates addere decrevimus, ut infrà ipsam Abbatiam in villa, *Horhusun* nuncupata, *publicum* eis liceat habere *mercatum* & *monetam*, & ibi potestatem habeant

[n] *pag.* 69. [o] *de anno* 1152. [p] *Kranz. II. Saxon. c.* 21. [q] *Martin. in lexic. philolog.* [r] *Gvaldo in vit. S. Anschar. cap.* 78.

habeant accipiendi *telonium*, quod ipsorum Advocatus nostrô exigat bannô ab his, qui illuc causâ emendi veniunt, intra marcam memoratæ villæ & montis, *Eresburg* nuncupati. Præterea quod ab exordio constructionis ejusdem monasterii à nostris Antecessoribus concessum in eorum præceptis cognoscitur, Nos quoque iterum confirmamus, ut licentiam habeant fratres illius loci eligendi inter se Abbatem, dum ita res postulat, quamdiu ad hoc idoneam inter se personam potuerint invenire. Et ut hoc nostræ auctoritatis præceptum pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatem, manû propriâ subter firmavimus & annuli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini HLUDOWICI, Serenissimi Regis.

Ernestus Cancellarius ad vicem Theotmari Archi-Capellani recognovi. Dat. IV. d. Octobr. annô Incarnat. Domin. DCCCC. indict. III. Annô Domini HLUDOWICI I. Act. Triburias in Dei nomine feliciter Amen.



§. IIX. Metallifodinas *Wicboldo* addidit *Conradus* III. anno MCL. Sic enim ille:

donatio metallifodinarum,

Counradus, Dei gratiâ Romanorum Rex, *Wicboldo* Corbeiensi Abbati, suisque successoribus regulariter ordinatis in perpetuum. Venas metalli, videlicet *auri*, *argenti*, *cupri*, *plumbi* & *stanni*, & omnem pecuniam, sive *rudem*, sive *formatam*, quæ intra montem *Eresburg*, qui Corbiensi Ecclesiæ *jure proprietario* pertinere dignoscitur, latent, Tibi, & per Te Corbiensi Ecclesiæ, concedimus, damus & præsenti confirmamus, ut liceat Tibi, & Successoribus tuis, absque ullius personæ contradictione, in eodem monte fodere omne metallum, quod inventum fuerit eruere atque conflare, Tuisque & Fratrum tuorum usibus aptare, ut tantò meliùs possit Corbiens. Ecclesia tàm divinis, quàm Regni rebus subvenire. Data est hæc

hæc monumenti chartula apud Wittzeborg anno Dominicæ incarnationis M. CL. indict. XIII. *propter servitium fidele suprà scripti Abbatis,*

§. IX. Magna quondam nascebantur dissidia inter *Colonien-* *lis Colon.*
sem & Corbeiensem Ecclesiam, ut quoque *Eresburgum* illi cederet. *cum Corb.*
Et quamvis Abbas Corbeiensis, autoritate Imperatoriâ, in possessio-
nem ejusdem montis mitteretur *cum omni jure*, Hermannus tamen
I. Comes Dasselensis, annô M CC XXX. ob refractarios subditos su- *cur &*
os, consentiente Capitulo, *Henrico I. à Möllenarck*, Archi Episcopo *quando E-*
Colonienſi, Susati mediam partem urbis Eresburgensis cessit, alteram *resburg. ad*
partem *Franciscus Ketteler*, Abbas quinquagesimus, *Hermanno*, *Colonienſ.*
Archi-Episcopo Colonienſi & Administratori Padebornensi, Mars- *venerit?*
bergæ annô M D VII. postridie S. Ægidii, *reservato sibi reluendi jure, & exceptâ semper jurisdictione ecclesiasticâ*, vendidit. Quorsum verò vox ista odiosa? AD KALENDAS GRÆCAS? (f) Literæ *Henrici* hæ sunt:

In nomine S. & Individuæ Trinitatis, *Henricus*, divinâ favente *transactio*
clementiâ S. Ecclesiæ Colonienſis Archi-Episcopus, universis Christi *Colon. Eb-*
fidelibus, ad quos præsens pagina pervenerit, in perpetuum. Ad *cum*
oblivionis confusionem evitandam [illegible] cupimus tàm præsenti- *Corbeienſ.*
bus quàm futuris, quòd super controversia inter Nos & *Hermannum*, Abbatem Corbeiensem, super *monte Martis* & aliis habitâ, Nos tamen, propter pacem terræ, tùm propter Ecclesiæ nostræ & suæ mutuam in perpetuum promotionem & familiaritatem, prudentum consilio & Ecclesiæ nostræ consensu, amicabiliter cum ipso composuimus in hunc modum. Quòd Nos videlicet & Ecclesia Colonienſis retinebimus *medietatem jam dicti montis cum omni jure & proventu, excepto claustro, in monte sito, quod Abbatis & Ecclesiæ Corbeiensis spirituali jurisdictioni & dominio absoluto subjacebit.* Neuter nostrûm Castellanum in dicto monte locabit, vel ædificium aliquod construet sine alterius voluntate & consensu. Si verò aliquid ædificandum esset, fiet de amborum consilio & communibus expensis. Nos autem in restauram jam dictæ medietatis montis, cum consilio Prioris & consensu Capituli Ecclesiæ majoris, curtes in *Drivere* Ecclesiæ Corbeiensi cum omni jure contulimus perpetuò possidendas. Ad amplioris

 quoque

[f] *Monum. Paderborn. edit. prim. p. 71.*

quoque dilectionis & familiaritatis firmitatem memoratus Abbas, de consilio suorum fidelium, & Ecclesiæ suæ consensu, castri *Lichtenfels* medietatem Nobis & Ecclesiæ Colonienſi assignavit. Et Nos oppidum propè castrum item communibus ædificabimus expensis & muniemus, quod in omni proventu Nobis erit commune. In castro autem nullus instituetur Castellanus, nisi de consilio partis utriusque. Si verò molendina propè castrum ædificata fuerint, medietas proventuum Nobis & Ecclesiæ nostræ cedet. Item bona Abbatis & Ecclesiæ suæ, & suorum ministerialium & castrensium, tàm in oppidis quàm villis, & hominibus & aliis, ad eum & ipsos pertinentibus, ab exactionibus & quibuslibet in jure salva erunt, & in nostra tuitione consistent, nisi fortè ad proclamationem terræ, vel justa judicia contra malefactores exercenda iidem homines Corbeienses debeant subservire. Item prænotato Abbati XII. dedimus fidejussores Subnotatos, qui fide datâ promiserunt, quòd, si aliquis hominum nostrorum ipsum, vel suos homines, ad summas XX. marcarum, vel infrà læserit, Nos commoniti infrà quatuor septimanas faciemus emendari. Alioquin nostri fidejussores factâ sibi comminitione *Marsberg* intrabunt, inde ante satisfactionem non exituri. Si verò Nos justum judicium in ipsum malefactorem exercuerimus, vel eum de oppidis & castris & terra expulerimus, ipsi fidejussores ex eo sunt absoluti. Hi autem sunt fidejussores: *Herimannus*, Advocatus Colonienſis, *Theodericus* Dapifer, *Franco* Pincerna, *Gottfridus* Camerarius, *Gaussvinus* Marschallus, *Joannes* de Padtberg, *Gosvvinus* Sculretus Susatæ, *Theodoricus* & *Herboldus* de Hildene, *Hermannus* Spiegel, *Henricus* de Werde. Si verò aliquem fidejussorum prædictorum decedere contigerit, loco ipsius alius substituatur. Item ministeriales & Castrenses nostri Abbatis non debent in oppidis communibus per judicium detineri, nisi in manifestis excessibus, ut furto, rapina & similibus deliquerunt, propterea ibidem judicabuntur. Et si aliquis à Nobis proscriptus fuerit, ille servabit jurisdictionem. Item si ministerialis noster, vel castrensis, vel aliquis in oppidis & castris nostris residens, nostrâ serâ firmatis & vigilibus custoditis, erga Ecclesiam Corbeiensem deliquerit, Nos, vel si absentes fuerimus, à Prioribus nostris & Abbate, vel si ipse præsens non fuerit, à Conventu suo commoniti infrà tres menses faciemus emendari. Quod si emendare noluerit, nos eum à castris

& oppidis noſtris expellemus & contrà eum Abbati aſſiſtemus. Quod ſi non fecerimus, *Mons Martis* totaliter Eccleſiæ Corbeienſi cedet. Ut autem inter Colonienſem & Corbeienſem Eccleſiam propenſior perpetuò vigeat & obſervetur dilectio, ea inter Nos intervenit confœderatio, ut Nos ipſi & Eccleſiæ ſuæ contra omnem hominem, *excepto Imperio*, in ſuo jure aſſiſtamus. Et ſi Nos, vel aliquis Succeſſorum noſtrorum, prænoniti, ad quatuor ſeptimanas Domino Abbati, vel alicui Succeſſorum ſuorum non aſtiterimus, mons Martis ipſi & Eccleſiæ ſuæ totus cedet. Et ipſe vice versâ cum ſuis Succeſſoribus in ſimili casû pœnæ conſimili ſubjacebit. Ut autem hoc factum ratum permaneat, & inconvulſum, præſentem paginam exinde conſcriptam noſtri, & Majoris Eccleſiæ Colonienſis, ſigillorum appenſione fecimus communiri. Teſtes hujus rei ſunt *Conradus*, Major Præpoſitus & Archi-Diaconus Colonienſis, *Joannes* Præpoſitus Bunnenſis & Archi-Diaconus, *Gottfridus* Præpoſitus Santenſis & Archi-Diaconus, *Arnoldus* Præpoſitus S. Gereonis, *Henricus*, Præpoſitus S. Severini, Præpoſitus S. Cuniberti *Bruno*, *Heinricus*, Præpoſitus S. Georgii, *Albertus* Sub-Decanus, *Gauvvinus* Chori Epiſcopus, *Bonifacius* Scholaſticus, *Gottfridus* Præpoſitus Monaſterienſis, *Henricus*, Comes Seinenſis, *Adolfus*, Comes de March, *Gottfridus*, Comes de Arnsberg, *Bernardus* de Lippe, *Volquinus* de Schwalenberg, & *Adolfus* frater ejus, *Conradus* de Ittere, *Bernardus* de Osde, *Jonathas* de Ardei, *Heinricus* Inger, *Herimannus*, Advocatus Colonienſis, *Hermannus* Marſchalcus, & *Gosvvinus*, filius ejus, *Theodoricus* Dapifer, *Franco* Pincerna, *Gottfridus* Camerarius, *Riquinus* Marſchalcus, *Gosvvinus* Scultetus Suſatienſis, *Joannes* Padtberg, *Albertus* de Stormede, *Wernerus* & *Bertholdus* de Brackele, *Theodoricus* & *Heribertus* de Hildene, *Hermannus* Spiegel, *Conradus* de Amelunxen, & *Herbordus*, filius ejus, *Hermannus* de Nienkerken, *Gerhardus* Hadeke, *Gottfridus* de Godelhem, *Ortmarus Bernardus* de Dalheim, *Heinricus* de Luttharden, *Albertus*, dictus Frie, *Theodoricus* de Weten, *Albero* de Rekelinchuſen, *Alardus* & alii quàmplures. Acta ſunt hæc apud Suſatum Annô Domini MCCXXX. Menſe Auguſto &c.

§. 10. An verò literæ in *Monumentis Padebornenſibus* (t) allatæ *literæ ſuſpe-*

latæ *&c.*

[t] *edit. prim. p. 63. & edit. ſecund. p. 107.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [25] - 11

latæ authenticæ ſint, tranſactionem inter Epiſcopum *Simonem* & Abbatem *Hermannum* concernentes, ture cenſebis mi Lector. Datæ eſſe dicuntur in Eccleſia Corbegenſi annô MCCXLVII. in craſtino Nativit. B. Mariæ Virgin. ſuper diſſenſione Archi-Diaconatus & jurisdictionis Diæceſani ordinariæ in monte Martis, quam *Simon* Electus ſibi vendicabat ratione juris communis, Corbeia verò privilegiis & præſcriptione ſe tuebatur. Sed ubi nam annô MCCXLVII. *Simon* Padebornenſis? ſive enim *Bernhardus* IV. ſecundùm *Joannem Gigantem* & *Hermannum Kerſebrochium*, cives Padebornenſes, XXIX. ſeu, juxta *Bucelinum*, XIX. annos rexerit, omnes tamen in eo conſentiunt, quòd ultimus vitæ ſuæ fuerit MCCLIV. Ergò *Simon I.* Bernhardum ſequens annô MCCXLVII. non ſedit ad Padi fontes. Et quando hæ literæ in effectum deductæ, quô annô vel ſeculô articuli earum obſervari deſierunt? quis primus illorum transgreſſor? firmane videtur tranſactio Eccleſiæ Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectæ in puncto exemtionis & libertatis in perpetuum, ſine ſpeciali conſenſu Summi Pontificis? Hoc ſanè in vetuſtis membranis Corbeienſium ante CCCC. annos ſcriptis reperitur: fuiſſe ſcribam, perditiſſimum hominem, nomine *Joannem Quiscolam*, qui, absque præſcitu & conſenſu Abbatis, vili pretiô multas à ſe confectas literas vendidit, vixitque tempore Præpoſiti Padebornenſis *Henrici*, quem *Tymmo* Corbeienſis Tutorem elegerat. (u) Quicquid ſit, Nos de literis iſtis (*ut ſuſpectis & invalidis*) in *Hiſtoria Corbeienſi* prolixiùs dicturi ſumus.

examen earum

alia litera

§. II. Quorſum etiam tabulæ COSS. Populique Eresburgenſis? (w) in quibus ajunt, ſe ab obedientia Eccleſiæ Padebornenſis inobedienter receſſiſſe, iterum verò ad eandem redire, debitumque in ſpiritualibus ad ipſam habere reſpectum, & Clericum, quem Antiſtes Padebornenſis Eccleſiæ Eresbergenſi præfecerit, tanquam ſuum Plebanum modò ad præſens reverenter recepturos. Datæ ſunt anno MCCXXIX. Poterantne Conſules & Univerſitas Eresbergenſis inſciô, ſeu invitô, vel contradicente Abbate, cujus ne minima quidem mentio fit, hoc licitè aut validè facere? ab immemorabili tempo-

examen earum

re

[u] *Quiscola hujus meminit etiam Auter* der Ablehnung des Wolffenbüttelſchen gegen *Manifeſtes* in Beylagen *lit. K. p. 31.* [vv] *in Monum. Padeborn. edit. prim. p. 61. & edit. ſecund. pag. 105 ſeq.*

re *Archi-Diaconatus Horhusanus* à Corbeiensibus exercitus fuit, uti ex reformatione annô MDCXXIX. apertè constat. Sic enim *Joannes Pelckingius*, S. Th. D. Ord. FF. Minor. Episcopus Cardiccensis, Ferdinandi Colonienſis, tanquam Episcopi Padebornensis, Suffraganeus, & Vicarius in Spiritualibus generalis; *Archi-Diaconatus Horhusanus.*

Dieweil auch dieſes Stiefft **von undencklichen Jahren** her den Archi-Diaconatum exerciret / und deſſen in ruhiger poſſeſſion vel quaſi bißdahero gefunden/und der Pater Prior (Arnold. à Waldcils) alles gern / wie Ers gefunden / conſervirt ſehen möchte / ſo iſt dahin vergliechen / daß dieſes Stifft bey dem exercitio und poſſeſſion vel quaſi der Archi-Diaconat jurisdiction verbleiben ſolle / wie denn auch dieſem Stifft alle habende collationen dero Pfarren / ſo wohl innerhalb Landes / alß im Stifft Padeborn gelegen / verſtattet / und die Paſtores dieſelbe an dieſem Stifft zuſuchen jederzeit verwieſen werden ſollen. *à Corb. exercitus.*

Anno MDXVII. in profeſto trium Regum fundant Conſules & Senatus Marsbergenſis in capella *S. Nicolai* Vicariam, ſeu miſſam, cantandam feriis quintis in honorem S. Sacramenti, ad quam Vicariam præſentabant Præpoſito Marsbergenſi Sacerdotem aliquem, ab ipſo, ceu *Archi-Diacono* loci, inveſtiendum. Annô MDLXI. eundem, ùt verum *Archi-Diaconum*, requirunt in translatione beneficii S. Eliſabethæ ex templo Petrino ad ſacellum S. Nicolai in monte Martis. E quibus *Archi-Diaconatus* hic ſolidè confirmatur, cùm eidem attribuatur inveſtitura, & diſertè *Archi-Diaconus* in hac erectione Vicariæ appelletur. Plures hujusmodi actus volenti dabimus.

§. XII. Ego quidem *Monumenta Padebornenſia* ſuſpecta facere nolo, ſeu quicquam ſplendori valoriv è eorum detrahere, interim candidus Lector varias eorum aberrationes aliquando notaverit. E libello *de translatione S. Viti* (x) aſſerunt; (y) quòd cùm annô DCCCXV. *Adelhardus* Padebornam veniſſet, petens à Ludovico, ut, ad profectum religionis chriſtianæ, Monaſterium ex voto Parentis dudum delineatum conſtrueret, placuiſſe accerſere *Hathumarum, ut cum ejus fieret imperio & voluntate.* An non undecim jam annis bonus Præſul fatô functus ſuô? etenim annô DCCXCV. ex Canonico Herbipolenſi Epiſcopus factus, & annô Pontificatus ſui quartô *aberrationes*

[x] *annal. VVitich. à Meibom. annex.* [y] *edit. prim. p. 75. & edit. ſec. p. 127.*

(id est DCCXCIX.) *Leo* III. ad Karol. M. Padebornam venit, (z) demum annô DCCCIV. viam æternitatis ingressus erat. Ecce testes fide dignos M. *Hermann Kersenbrothium*, & *Joann. Gigantem*, Med. & Mathematicum *egregium*, (uti Monumenta vocant, (a) in *catalog. Episcopor. Padeborn.* queîs adstipulatur *Bucelinus.* (b)

§. XIII. Fuit ergò olim Imperialis Abbatia *Eresburgensis*, quæ adhuc in limine *Aquilam* ostendit, nunc Præpositura, cujus documenta in expugnatione Suecica omnia periêre annô MDCXLVI. Dabo tamen Indicem Præpositorum, quotquot in quisquiliis reperi.

index Præpositorum

I. *Reinardus* - - - - annô 1151.

II. *Bruning.* vixit sub Wittekindo, Abbate Corb. anno 1201. Obtinuit à Joanne Horthusio, Monacho Eresburgensi, novem mansos Erdelingshusæ.

III. vixit unus, cujus nominis initium L. - anno 1204.

IV. *Tymmo*, postea Abbas Corbeiensis, - anno 1247.

V. *Henricus* - - - anno 1280.

VI. *Herboldus* - - - anno 1301

VII. *Tilemann. à Delvvich* vendidit Henrico Brobeccio curiam Erdelingshusæ - - anno 1335.

VIII. *Wilhelm. à Plettenberg* - anno 1373.

IX. *Joann. ab Utschlacht* - anno 1390.

X. *Godfrid Soder.* Huic Bodo, Abbas Corb. donat Ecclesiam S. Dionys. Thulensem, ut cum Fratribus suis commodiùs viveret, Deoque diligentiùs famularetur - - 1393.

XI. *Otto*; Huic tradidit Mauritius Corbeiensis Ecclesias Vastenbeccensem & Westhemensem - 1427.

XII. *Hermannus* - - - anno 1462.

XIII. *Hermann. Lüdeken.* Sub hoc tota fuit congregatio hîc. Vendidit Religiosis Dalhemensibus bona Bredelariæ pro 400. imperialibus - - - anno 1482. 1488. 1502.

XIV. *Joann. ab Utschlacht*, (à priori diversus.) Sub hoc integrum adhuc Collegium. Multa, bona permutavit cum Bredelariensibus - - - 1509.

XV.

[z] *Gobel. Person. Cosmodr. ætat. VI. c. 38.* [a] *edit. secund. p. 203.* [b] *Germ. sacr. Part. I. pag. 20.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [28] - 14

XV. *Georgius*; cujus Prior erat Conrad. Senior Joannes &c. Factus deinde Præpositus Keminadensis - 1549. 1552.

XVI. *Joann. Jockel*, - 1553.

XVII. *Henricus Kuling*, depositus - 1556. 1557.

XVIII. *Joann. Jockel* - - - 1560. 1562. 1564.

XIX. *Gisbertus à Buchholtz*, Reinhardi Corbeiensis nepos, anno 1570. 1583.

XX. *Ditericus de Becke*, ultimus Professus, ùt vocant, Imperialis Abbatiæ Eresburgensis - 1583. 1593.

XXI. *Joannes de Werden*, aliàs Stiefgen/ - 1598. 1604.

XXII. *Christoph. Frider. ab Esleben*, - 1610. ad 1617.

XXIII. *Joh. Christoph. à Brambach*, postea Abbas Corbeiensis - - - anno 1618. ad 1620.

XXIV. *Petrus Kersenbroch*, dicitur Stiffts-Verwalter / vixit unà cum Henrico, deposito Abbate Corbeiensi, hîc - anno 1625.

XXV. *Otto Grusmann*, vixit ab anno 1627. usque ad 1637.

XXVI. *Burcard. Martini Sighart* - anno 1658.

XXVII. *Joann. ab Haxthausen* - anno 1636. 1640. 1653.

XXVIII. *Ægidius Fabricius*, Adjunctus Neuhosii postea, 1643.

XXIX. *Cornel. Wilhelm. à Neuhof*. Sub hoc urbs templumque exustum - anno 1646.

XXX. *Joann.* Stiefgen / administrationem habuit & titulum Probstey-Verwalter - - - 1647. 1649.

XXXI. *Joann. Anton. Colyn*, cujus Adjunctus Fridericus Henkhusius - - - 1650. 1652.

XXXII. *Ferdinand. à Metternicht*, tanquam Cellarius, ab anno 1659. ad 1661. cui successit,

XXXIII. *Nicol. à Zitzvvitz*, nunc Prælatus Huysburgensis in Principatu Halberstad.

XXXIV. *Ferdinand. à Metternicht*, ceu Præpositus ab anno 1669. ad 1675.

XXXV. *Martin. à Zitzvvitz*, Nicolai frater,

Tandem quæ meæ sint de *Irminsula* conjecturæ, alibi dictum est, (c)

DIS-

[c] *vid.* meine zeitkürtzende erbauliche Lust *num.* 125. *p.* 327. *seqq.*

DISSERTATIO II.
DE
ILLUSTRI NOBILIUM VIRGINUM COLLEGIO
HERIFORDENSI.

§. 1.

varia opiniones de fundatione.

SEcundùm *Kranzium* (d) Wittekindus, Saxoniæ Dux, insigne monasterium in Angaria fundavit, translatô postea eô *Heriford-dium.* Juxta *Hamelmannum* (e) & *Andream Hoppenrodium* (f) *Walterus*, Comes ab *Herfort*, consentiente Wittekindo, è suis bonis id construxit. Vetus membranula ait: *Walterum*, cùm consensu Karoli M. & operâ Wittekindi, ceu Ducis Angariæ, annô DCCXCII. erexisse, traditô ei totô Comitatu suo. Annô DCCLXXXIX. *Beatus* Wolderus, *comes* Hervordiæ, *hortante Karolo*, & *admittente Rege Angarorum* Wedekindo, *jam tunc fideli christiano*, *cœnobium nobilium puellarum in* Hervordia *Westfaliæ ab Angaria non remotè fundavit*, *& paternâ hereditate dotavit. Ubi etiam pòst decenter sepultus usque in hodiernum diem venerabiliter honoratur. Cœnobium autem istud à paganis destructum est*, *sed per* Lodewicum *pium annô Imperii sui sextô instauratum.* (g) Nobiles olim fuêre Comites *Heriforden*ses, ut etiam *Walterus*, prænominati *Walteri* Pater, à Gregorio III. *Principes* inter *Saxoniæ* relatus sit. Sed Comites ita passim dicebantur. *Postbæc Dominus Comes* Wicpertus *aliam duxit uxorem*, *relictam scilicet* Chunonis *Principis* de Bichilinge, *nomine Kunighundem.* (h) Accesserunt ei (Henrico Leoni) multorum Principum possessiones, ùt *Heremann.* de *Winzeburg*, *Sifrid. de Hammenburg*, (Homburg) *Ottonis de Asle*, (Dassel) & alio

[d] *L. II. Saxon. c. 24.* [e] *L. I. de famil. emort. p. 37.* [f] im Stammbuch *excus. Argent.* 1570. [g] *chron. Mindens. apud Meibom. T. I. rer. Germ. p. 554.* [h] *Libell. de fundatione Monast. Bigaugiens. ad ann.* 1110.

aliorum. (i) Amplum *Herifordenſium* territorium, in viſceribus Ravensbergici Comitatus licèt conditum. Longè tamen vetuſtiores illi, & Karoli M. tempore celebres, cùm *Ravensbergici* demum ſub *Ottone* orti ſint. (k) Reverendiſſima & Sereniſſima ELISABETHA, ex Electorali Comit. Palat. ad Rhenum familia, Abbatiſſa *Herifordenſis*, conſtanter mihi retulit, ſe non alium, quàm *Joannem Walterum* fundatorem agnoſcere, cujus ſoror *Svvala* primùm præfuit, vixitque circa annum DCCCXIX. Juxta *Meibomium* (l) ultimus hujus gentis ἄπαις deceſſit, & conſiliô Karolinô cœnobium iſtud erectum eſt. Junge *Autor. Notit. Procer. Imp. L. III. c. 22. §. 14.*

§. II. *Ludovicus*, Germaniæ Rex, annô DCCCLIII. *Conrad. III.* annô MCXLVII. & *Fridericus I.* annô MCLII. uno ore aſſèrunt: Ludovicum Pium duo conſtruxiſſe monaſteria, unum *Monachorum*, quod *nova Corbeia* dicitur, ad normam ſcilicet *veteris Corbeiæ*, *Herifordenſe* verò *Sanctimonialium* ad ſimilitudinem *Sueſſionenſis* monaſterii. *Si* vera forent, quæ alii narrant de bonis Eccleſiæ Oſnabrugenſis per *Cobbonem*, Comitem Teklenburgicum, ablatis, & *Corbeiæ* ac *Herifordio* collatis, ubi, *Kranzii* verbô, (m) præerant homines ſui ſanguinis, frater & ſoror, *Warinus* Abbas, & (ùt ego reor) *Theodrata* Abbatiſſa. Hæc, inquam, ſi vera forent, utique tempore Ludovici Pii *Gundrata*, ſeu *Theodrata*, utraque *Cobbonis* & *Warini* ſoror, cœnobium *Herifordenſe* rexiſſet. *Theodratam* enim, ſeu *Theodoram* Sanctimonialem fuiſſe *Sueſſionenſem* certum eſt. Aut igitur falſa dixêre iſti, vel *Theodrata*, ſeu *Gundrata* tunc Herifordio præfuit. Cùm enim Ludovicus Pius *novam* Corbeiam ad normam *veteris*; & *Herifordenſe* monaſterium ad ſimilitudinem *Sueſſionenſis* conſtruxiſſe dicatur, utique velut ex *Corbeia Gallica* propinquo ſuo *Adelhardo* primùm commiſit *Corbeiam Saxonicam*: ſic etiam ex *Sueſſionenſi* monaſterio deſumtam propinquam ſuam *Theodratam* (ejusve ſororem) primùm præfecerit *Herefordio*. Nec obſtat inveterata aliorum opinio. *Albertus*, Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, à *Kranzio* (n) & *Bucelino*, (o) aliisque, ſemper pro *Kirchbergico* Comite habitus eſt, donec *Meibomius* eum *Hallermundis* ſuis reſtitueret. (p)

vera,

C . §. III.

[i] *chron. Slavor. L. II. c. 6.* [k] *Kranz. L. V. Saxon. c. 15.* [l] *append ad Gobelin. Coſmodr. ætat. VI. c. 47.* [m] *L. I. Metrop. c. 40.* [n] *L. VII. Metrop. c. 35.* [o] *German. ſacr. P. I. p. 40. a.* [p] *in not. ad chron. Marcan. Northofii*

Abb. Corb. cœnobii Heriford. Præpositus. Diplom. Ludov. Germ. Reg.

§. III. Ab ipsis verò incunabulis *Herifordense* Collegium curæ & provisioni Abbatis *Corbeiensis* demandatum fuit, quod ex diplomate Ludoviciano liquet, annô DCCCLIII. regni sui XX. dato. (q)

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis HLUDOWICUS divinâ favente gratiâ Rex. Si petitiones servorum Dei justas & rationabiles ad effectum perduxerimus, & ad humanam vitam feliciter transigendam, & perpetuam feliciùs promerendam procul dubio Nobis profuturum speramus. Quapropter notum esse volumus, quomodo Venerabilis Abbas WARINUS adiit Excellentiam nostram, suppliciter orans, ut nostrâ munificentiâ prospiceremus Monasteriis illi commissis, quorum unum est *Monachorum*, *Nova Corbeia* nominatum, ubi & ille primùm regulari electione Abbas exstitit; & alterum est *Sanctimonialium*, *Herisord* dictum, & propriæ Abbatissæ, cujus nomen *Addila*, subjectum, sed juxta consuetudinem, quòd ancillarum Dei Congregationibus procurari solent Præpositi ex Ecclesiastico ordine, jam dicto Abbati commendavimus, ut tàm in disciplina Abbatissam juvare, quàm in cunctis negotiis, quæ famulæ Christi pro sexu & professione sua exequi non possent, ipsarum *Provisor & Patronus* existeret. Is ergò petiit Celsitudinem nostram recordari, quòd Piæ memoriæ Genitor noster HLUDOWICUS Imperator ambo hæc monasteria exstrui jussit, *ad normam videlicet præcipuorum in Gallia monasteriorum, novam utique Corbeiam ad similitudinem antiquæ Corbeiæ; Herifordense verò cœnobium ad exemplum monasterii Sanctimonialium in Suessionis civitate existentium.* Et ut in eleemosynam suam ac totius generis sui institutionem eorundem perfectio expleretur, cellam juris sui, quæ vocatur *Meppia*, cum decimis & possessionibus undique ad eam pertinentibus, & Ecclesiam *Eresburg*, quam avus noster *Karolus* primò exstruens in Saxonia decimis dotavit circumquaque habitantium per duas Saxonicas rastas, præfatus noster Genitor ad *novam Corbeiam* tradidit. Ad *Herifordensis* autem monasterii adjumentum dedit in Episcopatu quidem *Asnabruggensi* ecclesiam *Bruginithi* cum subjectis sibi Ecclesiis, in parochia verò *Mimigernefordensi* ecclesiam *Reni* cum his, quæ ad eam pertinent, ecclesiis, ita sanè, ut decimarum aliorumque redituum proventiones præfatis cederent monasteriis, & ab ipsis vicissim procurentur

[q] *exact. Sanct. Ioann. Mabillon. Sec. IV. P. I. f. 526.*

tur subjectæ plebes in Baptismate, in Eucharistia, in sepulturis, in confessione peccatorum audienda, & Presbyteri, qui principales ex his ecclesias tenerent, *Archi-Presbyterorum* officio fungerentur ad agenda omnia, quæ solent fieri ab Archi-presbyteris Episcoporum. Cum autem ipsi Episcopi circationes suas ibi agere deberent, ad eorum mansionatica daretur, quod in Capitularibus antecessorum nostrorum præscriptum habetur. Nos igitur rata esse volentes cætera omnia, tantùm expensas ad Ministerium Episcopi propter ægritudinem & senectutem ejus, qui nunc est, GOZBERTI augere debemus. Id juxta petitionem sæpè dicti Abbatis WARINI ita moderari placuit, ut descripto quantum satis sit ad servitium Episcopi, hoc nullo modo subtrahatur, & Episcopus vicissim ampliora non requirat, nec cum pluribus veniat, quàm ut eis sufficere possint. In quibus satis esse consensit præfatus Episcopus coram Nobis, & Archi-Episcopo nostro HRABANO, cæterisque cum eo in synodo agentibus, id est ut dentur ad singulas ecclesias *porci quatuor*, valentes denariis duodecim *& octo arietes*, qui eâdem pene summâ, quâ quatuor porci, æstimarentur, *tres porcelli*, *quatuor aucæ*, *octo pulli*, *viginti situlæ de medone*, *viginti de mellita cervisa*, *quadraginta de non mellita*, *centum viginti panes*, *centum modii de avena*, *manipuli sexcenti*: sitque potestate Episcopi, utrum hæc per singulos ad unam mansionaticam, an ad duas velit habere. Nos autem, ne summa debiti his plus aut minus complectatur, hoc auctoritatis nostræ præceptô cum consensu synodali decernimus atque jubemus. His etiam adjungere placuit liberam utrique loco concessionem eligendæ de propria congregatione in regimen sui per futura semper tempora congruæ personæ. Et ut omnis hinc dubietas tollatur, manu propria hæc roborantes annuli nostri impressione ea signari jussimus.

Signum HLUDOWICI Serenissimi Regis.

Albertus Sub-Diaconus ad vicem Baldrici Abbatis recognovi. Dat. XI. Kal. Junii annô XX. regni Glorioſissimi Regis HLUDOWICI in Orientali Francia regnantis indictione I. Actum in palatio regio Franconofurd in Dei nomine feliciter Amen.

§. IV. Synodus Moguntinensis habita annô DCCCLXXXVIII. *Synodus Moguntinensis* ita:

„ Unde ego *Luithbertus*, licèt indignus Moguntiacensis Archi-
„ Episcopus, omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus suggero, quia
„ Venerabilis frater noster *Bovo*, Abbas monasterii, quod vocatur
„ nova Corbeia, attulit Nobis quàm plurima cyrographa Glorioſiſſi-
„ morum Principum, ad confirmationem privilegiorum ejusdem mo-
„ nasterii promulgata, inter quæ proximè ei collatum communiter &
„ ipsius & *Herifordensis* monasterii statum confirmabat, datum scili-
„ cet à Glorioſiſſimo Rege *Arnulfo*, his ipsis diebus noviter ad re-
„ gnum provecto. Super hæc etiam chartas duas ostendit Romano-
„ rum Pontificum, *Adriani* atque *Stephani*, in ipsis chartis conce-
„ dentium, ut in tuitione S. Sedis Apostolicæ præfatum *novæ Corbeiæ*
„ monasterium perpetualiter haberetur, simulque Apostolicâ aucto-
„ ritate decernentium, ut idem monasterium pleniſſimam habeat im-
„ munitatem ab omnibus quoquo modo foris, vel intus monasterium,
„ in res ad illud pertinentes sese, præter voluntatem Abbatum loci
„ ipsius, permiscere cupientibus. His igitur omnibus apud Nos re-
„ lictis, petiit præfatus Venerabilis Abbas, quò & ea, quæ sacris lite-
„ ris Piiſſimorum Principum confirmata fuerant, nostrâ quoque au-
„ ctoritate roboraremus; & his, quæ ab Apostolica Sede decreta
„ sunt, nostræ subscriptionis chartulam adjungeremus. Nos itaque
„ considerantes, religiosam esse ejus petitionem, Pastoralisque esse
„ officii, servorum Dei jugiter utilitati commodisque prospicere, de-
„ cernimus, ut præfata duo monasteria, *Corbeiense* videlicet Mona-
„ chorum, atque *Herifordense* Sanctimonialium de omnibus rebus,
„ quæ vel in communi suprà memorati Principis charta, vel speciali-
„ bus aliorum Principum præceptis, confirmatæ eis esse noscuntur,
„ nihilominus talem ex Ecclesiastica & Episcopali sanctione obtine-
„ ant firmitatem, ut nihil habeant, unde se tueri possint, quicunque
„ sibi promittunt, hæc aliquo modo se posse immutare vel infringere.
„ Habeant igitur præfata monasteria rerum suarum liberam in omni-
„ bus disponendi regulariter potestatem, ut quæcunque eisdem
„ monasteriis in auro vel argento, in agris & famulis, seu quibuslibet
„ rebus fuerint oblata, sive in præsenti die collata esse constant, in di-
„ spositione maneant eorum, qui eisdem locis prælati sunt, ut, quic-
„ quid secundùm Dei timorem regulariter & canonicè disposuerint ad
„ Ecclesiæ ipsius utilitatem, liberam in omnibus, cum consensu

fra-

fratrum ſororumvé, faciendi habeant poteſtatem. &c. Porrò: „
Abbatem vero vel Abbatiſſam in his locis eligendi ſemper ha- „
beant poteſtatem, & eam perſonam eligant, quæ *propoſitum conver-* „
ſationis in utrolibet monaſterio & moribus & habitu profiteatur, non „
Canonicum aut Laicum, neq; alterius monaſterii monachum, in quo „
ſpecialiter Nos audire dignetur Regia Dominatio, ut nullam eisdem „
monaſteriis præponant perſonam, quæ non ab ipſis congregationibus „
fuerit regulariter electa. &c.

Qua de re noverit Clementia vel nunc conſiſtentium, vel ſucceſ- „
ſionis jure omnium futurorum Principum, à Sede Apoſtolica ſanci- „
tum, noſtrâque ſubſcriptione roboratum, nec non & antecedentium „
Regum præceptis cautum, ut prædictis monaſteriis nullas præficiant „
perſonas, de quocunque ordine, niſi *quæ per electionem probabilem* „
ſumantur &c.

Clauſula *Luitberti* hæc:

Nos igitur noſtram ſubſcriptionem annuli noſtri impreſſione „
ſignantes, obſecramus Fratres & Co-Epiſcopos noſtros omnes, in „
quorum manus iſta devenerint, ſuâ etiam auctoritate & ſubſcriptione „
hæc confirmare velint, ut, quicunque hæc temerare præſumſerit, ge- „
neralitatis noſtræ ſententiis ita anathematis vinculo obligetur, ut ne- „
minem habeat, de cujus favore ſibi blandiatur, aut ſe tueri poſſe putet „
à ſententia damnationis. Cunctis autem iſta ſervantibus ſit pax Do- „
mini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis reci- „
piant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ quietis inveniant. „
&c. Simul ſubſcripſerunt & confirmarunt „

Folco, munere divino Metropolitanus Eccleſiæ Rhemenſis Epiſcopus,
Willibertus, Agrippinenſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus.
Thiadmarus, Eccleſiæ Saltzburgenſis Archi-Epiſcopus.
Redbodo, Trevirenſis Archi-Epiſcopus.
Joannes, Rotomagenſis Archi-Epiſcopus.
Hildegrinus, Halverſtadenſis Epiſcopus.
Adalgarius, Eccleſiæ Hammaburgenſis Archi-Epiſcopus.
Livavvardus, Vercellenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Arnoldus, Wirtziburgenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Herodbertus, Mettenſis Eccleſiæ Epiſcopus.
Adalhelmus, Wurmacenſis Eccleſiæ Epiſcopus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;2EN Leibn. Marg. 48, [35] - 21

Godelhancus, Spirensis Ecclesiæ Episcopus.
Wichbertus, Hildeneshemensis Ecclesiæ Episcopus.
Dethmarus, Virdinensis Ecclesiæ Episcopus.
Dodilo, Cameracensis Ecclesiæ Episcopus.
Honoratus, Beluacensis Ecclesiæ Episcopus.
Herdilo, Novomagensis Ecclesiæ Episcopus.
Balthrammus, Stratzburgensis Ecclesiæ Episcopus.
Waldo, Frisingensis Ecclesiæ Episcopus.
Thiadulfus, Curacensis Ecclesiæ Episcopus.

Hæc sacra continuante & consummante anno Dominicæ Incarnationis VCCC. supra 88. in unitate S. Spiritûs.

Sigillum appensum exhibet imaginem *Luitbertinam*, sed vetustate exesam.


confirmatio Herimanni Regis,

§. V. Et *Herimannus*, Comes Lützelburgensis, quem Saxones novum creârant Regem, quemque *Sifridus*, Archi-Episcopus Moguntinus, annô M. LXXXII. in nativitate Christi consecrârat, chirographa Prædecessorum Suorum tam Monasterio *Corbeiensi*, quàm *Herifordensi* data, annô M LXXXIII. *Marquardo* Goslariæ denuò confirmavit.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis, *Herimannus*, divinâ favente clementiâ Rex. Noverint omnes Ecclesiæ atque Regni fideles, tàm futuri, quàm præsentes, quòd Venerabilis Abbas Corbeiensis MARQUARDUS Clementiam nostram petiit, ut chyrographa Prædecessorum nostrorum, duobus cœnobiis sibi commissis, jam olim data, nostrâ quoque auctoritate firmaremus, nostræque illis confirmationis chartulam adjungeremus. Cujus rationabili & honesto petito coram Episcopis, ceterisque Principibus nostris, assentientibus Apostolicis & Imperialibus scriptis, assignatis consensum eis, & firmatum est decernimus atque jubemus, ut utrumque cœnobium, *Corbeiense* videlicet Monachorum, atque *Herefordense* Sanctimonialium, cum omnibus ad ea pertinentibus, Apostolicâ & Imperiali tuitione nostra pleniſſimo libertatis jure fruatur. Volumus etiam, ipso donante, quô favente Regni gubernacula susscepimus, omnium Ecclesiarum jura infra Regna nostra firmiter stabilire, concessiones Antecessorum nostrorum singulis Ecclesiis suas confirmare, omnibusque Deo famulantibus, maximè Monachis, ad divinum cultum solatia

solatia clementer impendere. Habeant igitur præfata monasteria eandem, quam hactenus, & deinceps libertatem, ut nullus Successorum nostrorum ipsam, vel res eorum, aut in beneficia dare, aut aliis injustè vertere præsumat, sed liceat Prælatis res suas intus vel foris, cum consilio fratrum sororumve, regulariter & canonicè disponere, & sine cujuslibet contrarietate, vel contradictione liberaliter possidere: decimas vel decimales Ecclesias, imò universas possessiones suas in quibuslibet Episcopiis, præcipuè in *Bremensi*, *Osnabrugensi*, & *Padebornensi*, ubi eas habent, & res aut decimas ita integerrimè teneant, & possideant, sicut ab Antecessoribus nostris, Regibus videlicet & Imperatoribus, hactenus habuerunt atque possederunt. Aliter enim in Dei servitio persistere non poterunt, cùm præbendæ eorum ex majori parte de decimis constitutæ sint. Episcopis verò, quibus servitium & mansionatica debent, tempore circuitûs sui, secundùm scripta sua singulis annis persolvant. Proinde utrique congregationi regularis electionis potestatem concedimus, & qui ordinati fuerunt, si fortè, quod absit, in aliquo deliquerint, non præter canonicam & regularem deponantur examinationem. Et ut hæc auctoritas concessionis atque confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, Nostrisque præsentibus & futuris, melius credatur diligentiùsque servetur, manu propriâ subter eam firmavimus, & sigilli nostri impressione signari jussimus.

Signum Domini Herimanni Regis invictissimi,
Brun Cancellarius ad vicem Sigifridi Archi-Cancellarii recognovi. Data III. Non. Augusti. anno Dominic. Incarnation. MLXXXIII. Domini Herimanni Regis I. indictione V. Actum coram Principibus in Palatio regio Goslariæ, in Dei nomine feliciter Amen.



§. VI. Semper ítaque Abbates Corbeienses *Provisores*, *Patroni*, seu *Præpositi perpetui* Congregationis *Herifordensis*, tuêre, confirmante hoc *Adriano IV.* *confirmatio Adrianea.*

Adria-

Adrianus Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio WIBOLDO, Corbeiensi Abbati, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam *sorores Herifordensis cœnobii minùs poterant propriis necessitatibus pro sui sexûs imbecillitate consulere, ab antiquis temporibus accepimus institutum, & privilegiis Sedis Apostolicæ confirmatum*, ut Corbeiensis Abbas, qui pro tempore esset, juxta consuetudinem antiquam, ancillarum Christi, quarum negotia *Præpositi* administrant, & earum curam habent, & causas, quas illæ agere *pro sexûs fragilitate* sua non possent, ad earum usum, Deo adjuvante, tractaret. Ne fortè itaque ad *antiquæ* ordinationis & Apostolicæ confirmationis violationem quisquam adspiret, Nos id, ad exemplar Prædecessorum, auctoritate Apostolicâ confirmamus, & inviolabile ac stabile perpetuis temporibus statuimus permanere. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contravenire. Si quis autem id attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri ac Pauli Apostolorum ejus incurrat. Datum in territorio Custulan. V. Id. Jul. anno - - - -

[numerus anni vetustate erat exesus.]

& Friderici I.

§. VII. Addimus literas *Friderici I.* illustrium Monasteriorum jura, immunitates & privilegia egregiè corroborantes.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Fridericus*, divinâ favente gratiâ Romanorum Rex. Ad Regiæ dignitatis munificentiam pertinet bene de Republica merentibus virtutum præmia tribuere, ut & ipsi pro suæ fidei constantia laboris sui emolumenta percipiant, & ceteri ad exequenda Imperii munia bonæ spei pleni & alacres fiant. Noverit igitur omnium fidelium nostrorum tàm futurorum, quàm præsentium, industria, quòd Noster *fidelis & carissimus* Monasterii, quod *nova Corbeia* dicitur, Venerabilis Abbas, WIBOLDUS, nostram Clementiam interpellavit, ut privilegia Corbeiensis Ecclesiæ, cui nunc idem Venerabilis Abbas præesse cognoscitur, innovare & confirmare dignaremur. Cujus religiosæ petitioni, ob *insignem ipsius fidem circa Dominum & Patruum nostrum*, beatæ scilicet recordationis Antecessorem nostrum, Regem *Conradum, nec non & circa promotionem nostram in Regnum*, cujus gubernacula, Deo auctore, post mortem suscepimus, aurem pietatis inclinan-

clinantes, per præsentis paginæ seriem sub Regiæ Majestatis tuitionem locum ipsum videlicet *novam Corbeiam*, cum omnibus sibi tàm intus, quàm foris pertinentibus assumimus, eumque perpetuâ libertate donantes, quemadmodum piæ memoriæ Prædecessorem nostrum, Ejusque Progenitores, Reges & Imperatores, ante Eum fecisse cognovimus, nostrâ & omnium Principum auctoritate, lege in perpetuum valiturâ, firmamus, ne præfatum monasterium, *nova Corbeia*, in potestatem, vel ditionem, seu subjectionem alicujus personæ, seu commutationem cedat, sed semper sub ordinatione & defensione Regum vel Imperatorum consistat, & libertate quam hactenus obtinuit, in perpetuum potiatur. Et quando ab Imperatore *Luthevvico* duo monasteria constructa sunt, & à Nostris Prædecessoribus honore & divitiis aucta, unum videlicet monachorum, *quod nova Corbeia* dicitur, ad normam scilicet *veteris Corbeiæ*, Herefordense verò Sanctimonialium ad similitudinem *Sueſſionensis* monasterii, decretumque est ab eis, ut Corbeiensis Abbas, quicunque pro tempore fuerit, Procurationem agat *Herefordensis* Ecclesiæ, ita videlicet, ut juxta consuetudinem, quâ ancillarum Dei congregationibus procurare solent *Præpositi* ex ordine Ecclesiastico tàm in disciplinâ, quàm in cunctis negotiis, quæ famulæ Christi *pro sexu & professione sua* exequi non possent, ipsarum *Provisor & Patronus* existeret. Nos quoque Prædecessorum nostrorum vestigia sequentes confirmamus, & decreto in æternum valituro statuimus, ut omnes per successionem Corbeiensis cænobii Abbates præscriptâ procuratione & patrocinio, absque ullius contradictione utantur, &, *servatâ dignitate Abbatissæ*, in quibus opportunum fuerit, *Herefordensi* congregationi assistant. Confirmamus etiam eidem, qui nunc divinâ vocatione, & communi atque concordi Fratrum electione, Corbeiensi Monasterio præest, Abbati scilicet *Wicboldo*, nec non cunctis Successoribus ipsius, auctoritate in æternum valiturâ, Monasterium quoddam, quod vocatur *Keminada*, quod Piissimus Prædecessor & Patruus noster beatæ memoriæ *Conradus Rex*, pro fidelitate & petitione prænominati *fidelis & carissimi* nostri *Wicboldi* Abbatis, tradidit super reliquas corporis *S. Viti* Martyris, *per aureum donationis suæ annulum*, in potestatem & jus atque dominationem Corbeiensis Monasterii, ita videlicet, ut Corbeiense Monasterium prænominatum Monasterium, scilicet *Keminada*, quem-

admodum & à *Reverendo Patre* noſtro Papa *Eugenio*, per auctoritatis ſuæ privilegium, eidem Corbeienſi Eccleſiæ confirmatum eſſe dignoſcitur, cum omnibus prædiis ſuis, ſylvis & aquis, tàm foris quàm intus, ad ipſum locum pertinentibus, habeat & poſſideat, utatur & ſervet, ſicut tenet ſub ſuo regimine, jure videlicet proprietario, tres *Abbatiolas*, quas Fundator ejuſdem novæ Corbeiæ *Luthevvicus* pius, M. Karoli filius, ad eandem Corbeiam contulit, ſcilicet *Eresburg*, nobile quoddam Saxonum caſtrum, cum decimis circumquaque per duas Saxonicas raſtas adjacentibus, nec non *Meppiam*, atque *Visbike*, cum decimis & poſſeſſionibus undique ad eas pertinentibus; ad *Herefordenſe* verò monaſterium in Epiſcopatu *Oſnabrugenſi* Eccleſiam *Buinidi*, cum ſubjectis ſibi Eccleſiis, in parochia *Mimiernevordi*. Eccleſiam *Reni* cum his, quæ ad eam pertinent, Eccleſiis. Præterea quod ab exordio eorundem monaſteriorum *Corbeienſi* ſcilicet & *Herfordenſi* à Noſtris Anteceſſoribus conſtitutum eſt, Nos quoque firmiter ſervari volumus, videlicet, ut ubicunque vel ipſa monaſteria, vel *cellæ* eorum, caſas aut curtes habuerint, ex rebus, quas ibidem laboribus ſuis acquirunt, decimas dent ad portam monaſterii, nec alibi eas dare cogantur, quatenus inde in noſtram & totius generis noſtri perennem mercedem, ſupervenientibus peregrinis & hoſpitibus ſerviant, ſicut in regia Capitulari & in decreto ſynodali permiſſum eſt Xenodochia, & reliqua fidelium pauperumque conſtrui hoſpitia, & mos fuit ſemper in ſacris concedi hoſpitiis. Statuimus quoque, ne Epiſcopi, aut eorum Archi-Presbyteri, in ipſorum Eccleſiis à ſuis Presbyteris Miſſarum celebrationes fieri interdicant, ſed ſi quid ſui juris ſibi inde negari putant, ad noſtram præſentiam & ſynodalis examinis judicium deferant. Sed & hoc decernimus, ut decimas, vel decimales Eccleſias, imò univerſas poſſeſſiones ſuas in quibuſlibet Epiſcopiis, præcipuè in *Bremenſi*, *Oſnabrugenſi* & *Padebornenſi*, ubi plurimas habent, & res & decimas ita integerrimè teneant atque poſſideant, ſicut ab Anteceſſoribus noſtris, Regibus videlicet & Imperatoribus, hactenus tenuerunt & poſſederunt. Concedimus etiam, juxa decreta Prædeceſſorum noſtrorum, liberam utrique loco poteſtatem eligendi de propria Congregatione in regimen ſui congruam perſonam. Et ſtatuimus, ut nullus judex publicus licentiam in homines ad monaſterium *Corbeienſe*, vel ad prænominatas *cellas* ipſius pertinentes, ullam

am judiciariam habeat exercere potestatem. Sed omnis eorum res coram Advocato ipsorum diffiniatur, & ut justitiam, quæ appellatur Burgbahn/nemo sibi usurpare ibidem præsumat, nisi cui potestas ab ejusdem cœnobii Abbate concessa fuerit, & ut liberi homines licentiam habeant tàm se ipsos, quàm prædia sua, eidem Monasterio conferre, nec quivis Iudex, aut Regia potestas, solitum debitum, aut publicum vectigal, ab eis deinceps extorqueat. Sanè quod Piissimum Prædecessorem nostrum, Inclytum & Glorioſum felicis memoriæ Dominum ac Patruum nostrum, Regem *Counradum*, ex judicio Principum ac ministerialium Regni in plena curia statuisse agnoscimus, Nos quoque ejus vestigia sequentes, decreto in æternum valituro firmamus atque statuimus, ut nullus laicorum habitationem infrà muros prædicti Corbeiensis monasterii sibi aliquando usurpare audeat hereditario jure, sed cymiterium, quemadmodum congruum est, Religioſorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore pateat. Hoc quoque simili firmitate præcepto nostro roboramus, ut *Dapiferi* atque *Pincernæ* Corbeiensis Abbatis nullam omninò potestatem de committendis clavibus rerum Domini sui habeant, sed in dandis clavibus & ordinandis rebus Domûs suæ liberam potestatem, quemadmodum à Prædecessore nostro per judicii sententiam determinatum esse novimus, Abbas in perpetuum obtineat. Ut autem hæc omnia rata & inconvulsa in perpetuum habeantur, chartam hanc conscribi & sigilli nostri impressione signari præcepimus.

Testes verò hi affuerunt

Sueno, Rex Danorum, qui ibidem Regnum suscepit de manu Regis.

Knaut, alter Danus, qui ibidem Regnum manu Domini Regis refutavit.

Hartvvigus, Bremensis Archi Episcopus.
Otelricus, Halberstadensis Episcopus.
Burchardus, Argentinensis Episcopus.
Wicmannus, Cizensis Episcopus.
Daniel, Pragensis Episcopus.
Bernardus, Paderbornensis Episcopus.
Heinricus, Mindensis Episcopus.
Heremannus, Verdensis Episcopus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [41] - 27

Anſelmus, Haveleburgenſis Epiſcopus.
Emehardus, Micheleburgenſis.
Wickerus, Brandeneburgenſis Epiſcopus.
Marquardus, Fuldenſis Abbas.
Heinricus, Heresfeldenſis Abbas.
Arnoldus, Niemburgenſis Abbas.
Heinricus, Dux Saxoniæ.
Dominus *Welpho*, avunculus ejus.
Counradus Marchio de Miſna, & filii ejus.
Adelbertus, Marchio & filii ejus.

Signum Domini Friderici, Romanorum Regis Invictiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heintici Moguntini Archi-Cancellarii recognovi. Data in curia Mersburg annô incarnation. Dominic. M C LII. Indict. XV. Annô Friderici Roman. Regis I. Actum in Chriſto feliciter Amen. XV. Cal. Junii.

Decima & decimales Eccleſiæ.

§. IIX. In dotem altaris Eccleſiæ Corbeienſis *Ludovicus* Pius etiam decimas cum decimalibus Eccleſiis in Epiſcopatu *Oſnabrugenſi* tradiderat, quarum collatio adhuc ſpectat ad Abbatem. *Hujus* (Adriani) *temporibus conceſſit* Lodevvicus *Imp. Monaſterio* Corbeienſi *quasdam Eccleſias in Diœceſi* Oſnabrugenſi *conſtitutas, quarum quidem Eccleſiarum collatio adhuc ſpectat ad Abbatem monaſterii* Corbeienſis. (r) Et *Ludovicus II* aliquot Eccleſias decimales in eadem Diœceſi, conſentiente Epiſcopo & omni clero, cœnobio *Herifordenſi* tradidit. (ſ) Utraque confirmavit *Fridericus I.* (t)

Queſtus Erdmanni,

§. IX. Quid verò *Erdvvinus Erdmannus*, COS. Oſnabrugenſis? Queritur, *Cobbonem* abſtuliſſe Eccleſiæ *Oſnabrugenſi* decimas, easque *Corbeiæ*, & *Herifordio* contuliſſe. Audamus ipſum: *Quidam Comis*

[r] *vid. Chron. Corb. minut. à Meibom. edit. & Gobelin. Coſmodr. ætat. VI. c.* 45. [ſ] *vid. diploma ſuprà §.* 3. [t] *anno* 1152.

Comes ditissimus Cobbo, *fidelis illius Imp. Ludovvici*, de *prædictæ Ecclesiæ* Osnabrugensis *Episcopo, quicquid voluit agere, adeptus*, *Germano ejus, nomine* Werin, *in Monasterio* Hüxariensi *tunc temporis Abbate*, & *Sorore ejus* in *puellarum cœnobio* Hervordensi *Abbatissa degentibus, quantum voluit de decimis, quæ ad eundem Episcopatum pertinebant, tradi fecit ad eadem monasteria.*

Paulò post:

Gosbertus *de gente* Sueonum, *quò ordinatus erat, cùm persecutione ejectus esset, necessitate compulsus prædictum* Cobbonem Comitem *adiit, quo impetrante & Rege concedente, suscepit gratulabunde eundem Episcopatum, decimis, unde solummodo constitutus est, maxima ex parte vacuatum: eoq; favente & timente, ne fortè ei, ad quod ordinatus non erat, auferretur, suo tempore sine aliqua contradictione ita permansit. Attendat hîc lector, quomodo* Cobbo, *qui dicitur fuisse* Comes in Teckeneborg, *istam sanctam* Osnaburgensem *Ecclesiam non din post ejus fundationem dilaniare, eique decimas, quæ juris sunt divini, auferre conabatur. Prædictus* Gosbertus *anno* DCCCLXXIV. III. *Id. April. &* Cobbo *Comes, qui eundem promovit*, DCCCLXXXIII. *etiam tertio April. obiit.* Sic *Erdmannus*, (u) quem exscripsit *Kranzius* (vv) inquiens: *Non incommoda res visa est* Cobboni *Comiti, talem Ecclesiæ videre Pontificem* (Gautbertum) *qui non magnopere instaret pro recuperatione decimarum & prædiorum, quæ ille* Cobbo *Monasteriis, Corbeiensi &* Heristordensi, *applicuisset. Facilè ille cessit postulationi, effecitq; apud cæteros, præsertim apud* Ludovvicum *Germanorum Regem, ut consentirent in* Gosbertum, *Ecclesiæ Osnabrugensi tùm præficiendum* Et alibi: (x) Cobbo

Floruit per ea tempora in iisdem (Saxoniæ) *partibus Nobilis quidam*, Cobbo *nomine*, Comes, *ùt ferunt, in* Tekkeneborch, *Vir potens ex familia multa suæ cognationis, Imperatori non invisus, sed plurimùm invisceratus. Hic cum Ecclesia* Osnabrugensis *Pontificem, qui tueretur, non haberet, sed qui* (ùt diximus) *formidine Imperatoris* (in Fuldensi) *Monasterio latitaret, multa Ecclesiæ prædia, multas decimas detraxit, ut ex more potentiæ Suæ omnia sibi arbitraretur licere,* Comes Teklenburg.

[u] *in Chron. Osnabrug. apud Meibom. T. II. rer. Germ. p.200. seqq.* [vv] *L. II. Metrop. c.17.* [x] *L. I. Metrop. c.40. conf. Stangefol. L. II. annal. circul. VVestphal. p.129. & Cent. Magdeburg. C.9. c.10.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [43] - 29

licere, nonnulla ex his Corbeiensi *cœnobio, alia etiam* Herifordensi *monasterio deputavit, quibus in locis præerant* homines sui sanguinis. *Arbitratus per æquum valere, si, quæ oblata essent Deo, & Ecclesiæ, hîc vel alibi ministrantibus Deo venirent in solatium.*

decimæ restitutæ.

§. X. *Egilmarum* denique Episcopum sextum istas decimas Ecclesiæ suæ restituisse, idem testatur *Erdmannus*, opus istud antea agitante *Eigberto*, Prædecessore suo. (y) *Cùm enim sua Veneranda Paternitas detentionem suarum decimarum, earumque usurpationem adversùm Abbatem novæ* Corbeiæ *& Abbatissam* Hervordensem, *justitiamque denegatam per* Arnolphum *Imperatorem, simulationem etiam novem Episcoporum, videlicet* Colonienſis Wilberti, Wirtzburgensis, Trajectensis, Nemidensis, Spirensis, Hildesemensis, Verdensis, Halverstadensis, & Paderbornensis, *qui Imperatori aderant, Sanctissimo Domino* Stephano *Apostolico antè dicto chirographo exposuit: sæpefatus Dominus* Stephanus *Papa eum* sanctum *asserens, confortavit, & qui ad decimas obstricti, qui etiam ab his dandis meritò immunes essent, dilucidè declaravit: inserens etiam suo scripto epistolam, quàm* Bononi [Bovoni] *Abbati novæ* Corbeiæ, *ad suam supplicationem remisit. Ipse etiam* Egilmarus, *Venerandus Antistes, post multiplices querelas & fatigas, quas incessanter habuit, earum ab* Arnolpho *Imperatore obtinuit decimarum adjudicationem contra monachos* Hüxarienses *& puellas* Hervordenses. *Quia ipse* Arnolphus *Imperator in literis suis desuper datis fatetur, in sui præsentia suorumque fidelium, nedum literis magni & admirabilis* Karoli *Imper. Augusti sigillo consignatas in medium productas, verùm etiam* Adriani *Papæ, quibus innotuit, decimis ipsam Ecclesiam* Osnabrugensem *fuisse dotatam, & à quatuor Apostolicorum Virorum privilegiis, videlicet* Leonis, Paschalis, Eugenii & Gregorii *stabilitam esse. Concessitque idem Imperator Arnulphus, donavit atque tradidit pro remedio animæ suæ ad Ecclesiam* Osnabrugensem *quinque Ecclesias cum pertinentiis suis, unam in* Bocharsen, *aliam in* Mosendorp, *tertiam in* Düren, *quartam in* Hirinchberge, *quintam in* Foraceshem, *& manu subtus hæc propria confirmavit & sigillò suò sigillari jussit, sub dato III. Id. Decembr. anno* DCCCLXXXI. *indict.* VII. *anno regni sui* II. *Data in Foracheim curte regali.* *Kranz.* hac de re ita: (z) Osnaburgensi *verò Ecclesiæ per*

[y] *vid. Chron. citat. p.* 201. [z] *L. III. Metrop. c.* 7.

per hæc tempora præfuit Egelmarus, *Vir Deo dignus & Pontificali honore dignissimus, qui per suam diligentiam jura omnia suæ Ecclesiæ recuperavit. Deducta est causa Ecclesiæ in judicium Imperatoris; & poterat, quia super prædiis & feudis & rebus erat, quæ erant Imperatoriæ concessionis. Erat illâ tempestate major in Ecclesias potestas Regum, quàm hodie. Sed tamen iste* Egelmarus *Episcopus effecit, ut Imperator* Arnolphus *præsideret judicio. Productæ sunt literæ & recognitæ* Karoli M., *qui abavus erat hujus Imperatoris. Adjudicata sunt prædia cum decimis Ecclesiæ* Osnaburgensi, *& Abbas* Hüxariensis [*quæ est corbeia juxta* höxariamoppidū] *cogitur abire cum patientia. Deditque Rex patentes literas super hac sua cognitione, adjecitque in iisdem literis donationem quinque Ecclesiarum, satis distantium ab Osnaburga, primam in* Bocbarcon, *alteram in* Messendorpe, *tertiam in* Düren, *quartam in* Kirchberge, *quintam in* Frosatesheim. *Est autem literarum datum* A.D. CCC. LXXXIX. *in arce* Ingelheim. *alii in curia regali in Forcheim. Has autem Ecclesias, si unquam acceperit, an tenuerit in possessione, incertum est.* Quod ex nunc non habet, scio: addit *Erdmann.* (a)

§. XI. Eadem lites decimales ad *Werneri*, Abbatis Corbeiensis XX. & *Bennonis* II. Episcopi Osnabrugensis XVIII. tempora protracta fuêre, ut etiam uterque ad Synodum vocatus sit, teste *Baronio*, (b) *Erdmann.* ita: (c) *Idem Antistes* (Benno II.) *apud Ratisbonam Bavariæ urbem* AD. M. LXXV. *coram Imperatore iterum obtinuit decimas spectare ad Episcopum* Osnaburgensem, *& Ecclesiam* Osnaburgensem *injustè fuisse spoliatam. Et Imperator* Henric. III. *Abbatis Corbeiensis &* Hervordiensis *Abbatissæ nullam deinceps querimoniam super hac re fore residuam decrevit. Et hujus rei seriem continentem aureis literis jussit conscribi manû propriâ, signum insigens regiô insignitum sigillô, depositum apud Ecclesiam* Osnaburgensem, *& Romam adiens, à Papa* Hildebrando, *qui alio nomine* Gregorius *dicebatur, confirmationem hujus obtinuit.* *lites decimales protractæ,*

§. XII. De eversione hujus cœnobii vide *Gobelin.* (d) *Henricus de Herfordia* [non Erfordia] scripsit historiam universalem ab orbe condito usque ad annum M CCCLV. in qua de rebus Saxonicis multa *Henr. de Herfordia,*

[a] *loc. cit.* [b] *T. XI annal. Eccles. ann.* 1074. [c] *Chron cit. pag.* 208.
[d] *Cosmodr. ætat. VI. c.* 47.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [45] - 31

multa notatû signa reperiuntur. Vixit usque ad annum M CCC LXX. quô obiit die Dionysii; cubat Mindæ ad Visurgim in Monasterio Paullino. Crediderat *Placidus Albaxius*, (e) ex Comitatu *Haychgholti* cœnobium istud fuisse restauratum. Sed vide sis me alibi. (f)

Haycgholtii,

§. XIII. Repetemus quoque historiolam de *musca* dysenteriæ genetrice. (g) *Catharina de Plesse* finito completorio preces adhuc ad Deum in cella sua fusura, fenestram fortè habuit apertam, per quam magno cum susurro irrumpit grandior aliqua *musca*, quæ dextræ insidens manui, acriter pupugit eam. Pulsa. Non diu verò post insignem *Catharina* sentit tumorem, cum magna inflammatione, ut quiescere nequiverit. Altero mane subortitur magnus ventris dolor, quem variis placare voluêre remediis, licèt frustrà. Dolores augentur, vires minuuntur, purus tandem excernitur sanguis. Aliæ, quæ vel invisérant, vel inservierant *Catharinæ*, eôdem inficiuntur morbô. Summa: multæ fiunt *dysentericæ*, ut Medicus sanas adhuc vix conservare, ægrotantas autem ægrè restituere potuerit, aliquæ tamen cum *Catharina* mortuæ. Ita cum crabro fortè naso nobilis insedisset, & promuscidis spiculo eidem infixo tumorem quendam effecisset, sensim crescente eo, & intra viscera serpente venenô paulò post contractâ peste extinctus est. (h)

musca dysenteriæ genetrix,

§. XIV. Catalogum nuper datum, notulis aliorum conspersum, hîc subjungemus, incipientes à prima [uti opinamur] Abbatissa, quæ *Karoli M.* propinqua, S. *Adelhardi* & *Warini*, Abbatum Corbeiensium, soror, & quondam monialis *Sueßionensis* fuit.

index Abbatißarum.

I. *Theodrata*, [alii *Svvalam* Joannis Waltheri, Comitis Herfordiensis, sororem substituunt.]

II. *Adila*, vixit sub Ludovico, German. Rege, cui Warinus reliquias *Candidæ*, quæ à societate 11000. Virginum fuisse fertur, largita est, - - - 853. 856.

Ad puram mentem festinat Candida *virgo,*
Suscipe tu sanctam, Candida *virgo, tuam.*

III. *Hadvvigis* - - 888. Hæc reliquias *Pusinnæ* attulisse dicitur, quod tamen rectius de Theodrata dixeris. (i)

IV.

[e] *in diario MS.* [f] Zeit kürtzende erbauliche Lust *num. 137. pag. 466.* [g] *vid. fascic II. observ. m. Medico Phys. num. 25. Dec. II. Ephem. Nat. Curios. ann. VI. annex.* [h] *Kircher. de peste Sect. II. c. 4. p. 247.* [i] *Bolland. in Actis Sanctor. ad 23. April. p. 171. B.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [46] - 32

IV. *Modesta* (non Godesta) - - - 1004.
V. *Imma.* - - - - - - 1011.
VI. *Iulica.* - - - - - -
VII. *Iuditha.* - - - 1147.
VIII. *Pinnosa* (Minnosa, Animosa,) - - - - -
IX. *Gertrudis.* - - - 1224.
X. *Ida.* - - - 1255.
XI. *Ermegardis.* - - - 1292.
XII. *Luttgardis à Bicken.* - 1325.
XIII. *Elisa.* - - - 1368.
XIV. *Hillegardis.* - - - 1377.
XV. *Mechtildis*, Comitissa *Waldeccensis*, 1407.
XVI. *Margaretha* I. Comitissa *Gleichensis* 1467.
XVII. Anna I. ab *Hunnestein* electa Anno 1474. die Calixti, obiit 18. Mart. 1494.
XVIII. *Bonnezet*, Comitissa *Limburgica*, electa Anno 1494. obiit Anno 1520.
XIX. *Anna* II. Comitissa *Limburgica.* Vendidit Herfordium Wilhelmo Duci Iuliæ. Conf. *Knipschild.* (K)
Electa Anno 1520. obiit Anno 1565. 2. Ianuar.
XX. *Margaretha* II. Comitissa *Lippiensis*, electa Anno 1565. d. 27. Ianuar. obiit Anno 1578. 7. Ianuar. (l)
XXI. *Felicitas* I. Comitissa *Ebersteinia*, electa Anno 1578. 18. Iul.
XXII. *Magdalena* I. Comitissa *Lippiensis*, electa Anno 1586. 6. Jul. obiit Anno 1604.

(K.) *L. III. de Civitat. Imper. c. 24. num. 46.* (l) Petrus Iustadt, *Vicarius.*

in illustres hasce Aabbatissas ita:
Prima Dei donum *est: docta & iustissima Mater:*
Addita *præluxit religione suis.*
Præfuit Hadvvigis: *bene rexit pulcra* Modesta:
Exemplum rarum nobilis Imma *fuit.*
Julica *opes auget*: Judith *sed jura tuetur*:
Pinnosa *à cunctis dicta* Animosa *soror.*
Gertrud & Ida *sui diffundunt nomina claustri,*
Et faciunt miseris otia grata suis.
Ermgard *est* Armgard: *ea quippe ministrat egenis,*
Et dat pauperibus fercula quottidie.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [47] - 33

XXIII. *Felicitas* II. Comiſſa *Eberſteinia*, electa Anno 1604. 21. Febr. obiit Anno 1621. 9. Maj. (m).

XXIV. *Magdalena* II. Comitiſſa *Lippenſis*, electa Anno 1621. 13. Jun. obiit Anno 1640. 9. Febr.

XXV. *Sidonia*, Comitiſſa Oldenburgica, electa anno 1640. 18. Octob. reſignavit 16. Maj. 1649.

XXVI. *Eliſabetha Luyſa*, Com. Palat. ad Rhenum, electa 18. Jul. 1649. obiit 29. Mart. 1667.

XXVII. *Eliſabetha*, Com. Pal. ad Rhenum, electa Coadjutrix I. Maj. 1661. Abbatiſſa 30. April. 1667. (n)

XXVIII. *Eliſabetha Albertina*, Princeps Anhaltina, electa 1680.

XXIX. *Charlotta Sophia*, Duciſſa Churlandiæ & Semigalliæ &c.

Hinc tibi, Luttgardis, *benedictio multa; beata*
ad lumen cujus Lazarus uſque jacet.
ô ſequere Eliſa, *& ſemper miſerere petentis,*
Sic capis à Summo fœnora magna Deo.
Fortis in arumnis [*ſemper patientia vincit.*]
Hillegardis *eras, aſpera ad aſtra trahunt.*
Eſt VValdeccenſis Mechtildis *gloria gentis,*
Eſt decus, Herfortum, *perpetuum illa tuum.*
Vnio rara tui cœtûs Margretha Glichenſis,
in clyta quæ fulget ſimplicitate cetâ.
Annatuas *laudes non dixero, dixit* Hœrus,
Anna Beata *cui & caſta* Suſanna *fuit.*
Vos, Limburgenſis Bonnezet, & Anna ſecunda, &
Margaris, [*hanc nobis* Lippia *cara dedit*,]
Vos ego cantabo, ſcripturus ſplendida facta,
hæc ornamentum Poſteritatis erunt.
Proque tua, Margretha, *precabor vota ſalute,*
dum ſtabo in ſacro [*pauper* in urbe] *choro.*
[*m*] *in tumulum hujus non nemo ſic:*
Quæris, in hoc tumulo jaceat quis, dixero verbô:
Felicitas Herfordienſis.
Quid faciemus? ſeu quid nunc ſperabimus? an non
Felicitas Occidit?
Hæc fuit! haud fuit: eſt: felix Herfordia *tellus*
Felicitatis felicitate.

[*n*] D. Nic. Stenonis, *Epiſcopus Titiopolitanus & Vicar. Apoſtolic. habito prolixiori cum Prudentiſſima Principe colloquio, ita ad Eam:*

Divinas animi dotes admiror, hoc unum
me cruciat, quòd non *Eliſabetha* ſies!

DISSER-

DISSERTATIO III.
DE
ABBATIA MEPPENSI,
Diœceſis Monaſterienſis,
Ordinis Benedictini,
à LUDOVICO PIO CORBEIÆ DONATA.

§. I.

COnſtans vetusque traditio eſt, Illuſtri Monaſterio Corbeienſi paruiſſe olim XXIV. Abbatias alias, ſeu inſignia, ampla & opulenta cœnobia, è quibus *Meppenſe* haud poſtremum eſt, ſitum in Diæceſi Monaſterienſi, nunc in Præpoſituræ formam redactum, Corbeiæ tamē adhuc ſubditum. *Conradus* III. Anno MCXLVII. & *Frideric.* I. Anno MCLII. inter tres *Abbatiolas*, (uti vocant) quas Ludovicus Pius Corbeiæ contulit, ſecundum locum *Meppenſi* tribuunt. Nomen habet à vili caſula, ſeu tugurio *Meppenhus* dicto. Cùm verò viciniores ruſtici, ob belli motus, ibi coirent, & foſsâ mucrôque locum cingerent, oppidulum inde natum eſt *Meppen* dictum; villula verò prænominata, ob fortalitium aliò translata, Olden Meppen. Svecorum Generalis *Kniphuſius* ampliſſimis foſſis & vallo circumdedit, ut tandem in juſtam excreverit urbem, & ſitu & naturâ ſatis munitam, ad *Emiſam* & *Haſe* fluvios. Hæc Abbatia à Ludovico Pio fundata & Corbeiæ donata eſt. Baſilica ejus adhuc conſpicua, ob elegantiam & amplitudinem, ſummumque turris faſtigium, *corona Emslandiæ* quondam dicta, & ampliſſimè dotata.

XXIV. Cœnobia Corbeiæ ſubjecta,

nomen Meppia,

§. II. Annô MDCXLIII. Ipſô *Blaſii* die fulmine tacta magnam perpeſſa eſt ruinam, ad cujus reſtaurationem vaſa eccleſiaſtica venibant ultra 4000. Imperiales. Corbeia adhuc ibi habet multos Vaſallos nobiles, eg. die Langen zur Krayenborch / die Schwencken zur Freſenborch / die Cobrincken zu alten Oiten etc. Inter jura Corbeienſia hoc etiam ſupereſt, ut Senatus *Meppenſis* unâ cum jure (ut vocant)

templum fulmine tactum,

Froge und Prove

cant) der Froge und Prove à Corbeia infeudetur. Hoc in eo consistit, ut Senatus *modia*, *mensuras*, *ulnas & pondera* (Scheffel / Maaß Ellen und Gewicht) per totam *Emslandiam* visitet probetque, siqué iniquitatis aliquid circa ea deprêndat, mulctet. In curia adhuc servatur modium metallinum, catenâ ferreâ alligatum, ad quod reliqua formari debent. In *monte Martis* has olim reperi literas à *Theodoro Dallvvichio* scriptas.

Litera Theodorici Corb.

Dei gratiâ Nos *Theodorus* Abbas, ac Capitulum Ecclesiæ Corbeiensis, omnibus, quorum interest, vel interesse poterit quomodo libet, in futurum volumus esse notum, quòd Ecclesia parochialis in *Meppen* habet quasdam domos quibus per Prædecessores nostros & Ecclesiam nostram est dotata, sicut literæ dotationis desuper confectæ, ac possessiones civiles & naturales ibidem protestantur, in quibus tali jure & servitute potitur: videlicet quod quicunque illas domos vel possessiones, seu aliquas illarum, à se abdicaverit exeundo, vel ad possessiones earundem quôcunque titulô intraverit comparando & acquirendo sibi jus litonicum in eisdem, hoc auctoritate & patrocinio Plebani in *Meppen* facere tenetur, *pfineticо* suo consueto semper salvô. Item Ecclesiasticorum ejusdem Ecclesiæ *Meppensis* homines *solivagos*, qui vulgariter dicuntur die Tamm-scherigen lúde / pro aliis mancipiis & hominibus poterit commutare, dummodo pretium venditi in Ecclesiæ suæ, ut tenetur, utilitatem convertat. Item poterit idem Plebanus talibus mancipiis & hominibus frui & uti secundum conditionem militarium & Ministerialium morem, dilapidatione tamen duntaxat exceptâ. Item litones, servi glebæ, & ceteri homines sui proximâ Dominicâ post festum patrocinii pensionem Ecclesiæ in *Meppen* debitam in frumento, seu *blado*, (o) super granario ibidem in *Meppen* sito, & ab antiquo ad hoc deputato, pagtare tenentur finaliter & expeditè. Et qui in illa solutione festo quo prius dicto negligens fuerit, in tribus solidis mulctabitur pro pœna super hoc constituta. Item pro jure suo caveat, si granarium illud casu & causa deperiret, ex tunc homines, seu litones, ad illas domos spectantes & bona, aliud granarium in eodem loco æquivalens reficere teneantur, cum prætacti tamen Plebani indemnitati. Item Ecclesia in *Meppen* habebit pro se *Scultetum* proprium, qui tribus vicibus in quolibet anno, nomine Plebani prædicti, in judicio, quod vulgariter dicitur ein Hinſpracke / præsidebit, & quicunque de suis litonibus & homini-

(o) *bladum semen est, fruges, seges.*

hominibus ex tunc ibi constitutis non affuerit, pœna solutionis trium solidorum punietur. Et tempore illius judicii singulis Plebanus antedictus eisdem litonibus & hominibus tenetur propinare, sed quantitas illius poculi propinandi stabit in arbitrio ipsius Plebani Ecclesiæ supradictæ. Et coram tali judicio fiunt commutationes hominum, qui Tammscherige dicuntur. Homines autem ad idem judicium pertinentes de qualitate, commutatione seu campsione facta, unam urnam cervisiæ habebunt, occasione cujus ipsi de hoc in antea testimonium perhibere tenebuntur. Sed tamen idem Plebanus hujusmodi commutationem non admittet de suis, nisi habet alium in locum dimissi, uti est moris. Præterea si bona aliqua forent deserta, & possessio domûs vacet, dictus Plebanus poterit se intromittere & ingerere illis bonis de jure, & dare Episcopo Monasterienſi unum solidum. Et prorsus idem Episcopus, aut sui Officiati in dictis bonis & domibus nihil plus juris vendicare poterunt, quamvis de facto proh dolor! Episcopi in multis millibus marcarum in eisdem bonis & hominibus, Nobis & Ecclesiæ Meppensi attinentibus, in Emslande situatis, existant injuriosi. Et hæc omnia & singula præmissa sub sigillis nostris, videlicet nostro Abbatis, & Capituli Corbeiensis, pro juribus sæpedictæ Ecclesiæ in *Meppen* dignum duximus præstanda. Datum sub anno Millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, ipso die Luciæ Virginis.

§. III. Otto I. per interventum Fratris sui Germani, (non Filii, ut *Adam Bremensis* retur.) (p) Diaconi Corbeiensis, Archi-Episcopi postea Colonienſis, (quo de alibi) (q) & Venerabilis Abbatis Bovonis III. telonium, mercatum, monetamque Corbeiæ contulit, secundum tenorem privilegii. *telonium, mercatus & moneta Meppensis*

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Otto, divinâ auxiliante clementiâ Rex. Noverit omnium fidelium nostrorum sagacitas, tàm præsentium quàm etiam futurorum, qualiter Nos, per interventum dilecti Germani nostri BRUNONIS, & Venerabilis Abbatis BOVONIS, ad monasterium Sanctorum Martyrum *Stephani atque Viti*, quod *novæ Corbeia* nominatur, bannum supra duas villas, *Meppiam* nominatas, sitas juxta fluvium *Emisa* & *Hase*, in pago *Agrotingen*, in Comitatu *Thuringi* Comitis, cum *moneta & telonio* jure perenni in proprium concessimus. Jussimus quoque hoc præsens *litera Ottoniana de anno 946.*

[p] L. II. C. 3. [q] *in theatro m. Illustr. Corbeia Saxon. viror. c. 9.*

præscriptum conscribi, per quod volumus firmiterque jubemus, ut nullus judex publicus in locis antedictis ullam insuper exerceat potestatem judiciariam, nisi præfati legitimus Advocatus Abbatis. *Mercatum* verò constituant publicum in illis, ubicunque Abbati placuerit, locis, pacemque teneant firmissimam; aggredientes, & regredientes, & ibi manentes eôdem modô, sicuti ab Antecessoribus nostris Regibus jam pridem aliis publicis mercatorum locis concessum erat. Et ut hæc auctoritas nostra firma & stabilis permaneat, manû nostrâ firmavimus & annulônostrô insigniri jussimus.

Signum Domini Ottonis, Invictissimi Regis,



Brun Cancellarius ad vicem Friderici Archi Capellani recognovi. Data III. Kal. Jun. Anno Dominic. Incarnation. DCCCCXLVI, indict. III. regnante Pio Rege Ottone Annô X. Actum Frosæ in Dei nomine feliciter Amen.

Memorabilia de silicibus in ericetis,

§. IV. Tandem non pigebit adscribere, quæ *Georgius Brabeccius* Præpositus tunc Meppensis, ex Diario suo mecum communicavit de stupendis silicibus passim in ericetis Meppensibus repertis, Sic verò ille. *Non sine causa miramur*, ait, *ingentes silices, passim quos repereris in ericetis, præsertim in loco, quem incolæ vocant* Hümmeling/ *à paganis olim magnâ copiâ congestis, quorum maximi quatuor pyramidibus acutioribus* ad *altitudinem Viri impositi, & tantæ magnitudinis ac latitudinis sunt, ut grex ovium* (eine ziemliche Trifft) *commodè sub aliquo stare queat. Quæritur non immeritò, quibus instrumentis seu machinis tanta pondera*, aliquot millia centenariorum excedentia, *attolli potuerint & imponi? An ethnicorum altaria fuerint, seu sepulcra, incertum est. Asserunt tamen incolæ, SAARBOLDUM, Regem gentilem, sub majori aliquo cubare.* Cùm *ante Hos viginti annos terra egereretur, magnum fictile clausum cinere repletum & in terra defossum repertum est. Cumque altiùs foderent, putantes, latere forsan ibi thesaurum, in conspectum prodiit* stupendæ magnitudinis bufo

bufo, *torvô admodum vultû, cujus aſpectus ociùs perterritos operarios in fugam egit. Eſt etiam haud procul* Meppiâ *antiquitas memorabilis de ethnico Rege* Witekindo. *Propè villam enim* Wedekenburg *(unde nomen ſortitum eſt) conſpicies vallum ſatis altum, in quo latuiſſe dicitur cum exercitu ſuo iſte* Wittekindus, *cum contrà Karolum M. pugnaret. A quo etiam in campo,* Streitfeld dicto, *magnam cladem paſſus eſt. Ob quam victoriam Imperator templum* Bokelenſe *condidiſſe dicitur, quod poſtea Ludovicus Filius* Corbeiæ, *unà cum multis aliis, tradidit.* Ita Brabeccius.

DISSERTATIO. IV.
DE.
AMPLISSIMO VIRGINUM COENOBIO
VISBECCENSI,
DIOECESIS (OLIM) MINDENSIS,
FAMILIÆ BENEDICTINÆ.

§. I.

TRia peda in inſignibus Corbeienſium adhuc conſpicua tres inſignes Abbatias Imperiales, *Ereſburgenſem, Meppenſem* & *Visbeccenſem* denotant. De duabus prioribus jam diximus, faturi nunc de ultima. Secundùm *chronicon Mindenſe* Anno DCCCCXXXIV. tempore Ottonis M. in uſum Canonicorum regularium, inquè memoriam *Joannis Baptiſtæ*, à nobili quadam *Heltburga* fundata, exuſta verò annô MCCXXXIV. Poſt viginti tamen annos VII. Kal. jul. in integrum reſtituta, in cujus conſecrationis die duæ ſtellæ lucidæ circa meridiem; cunctis videntibus, ſuprà monaſterium apparuiſſe dicuntur. (r) Secundum *Hamelmanni* aſſertionem, (ſ) ſub *Lidario* Epiſcopo IIX. tempore Conradi Imp. erectum eſt; exactô biennîô autem ab Hunnis devaſtatum, annô 936. reædificatum quidem, ſed incendiô turſus deletum, reſtauratum tamen à duobus Epiſcopis. Idem ſcribit *Kranz.* (t) inquiens: *In* Mindenſi *verò*

natalis cœnobii Visbeccenſ.

[r] *Chron. Mindenſ. apud Meibom. T. i. rer. Germ. p. 561.* [ſ] *L. i. chron. Mindenſ.* [t] *L. III. metrop. c. 24.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [53] - 39

verò Episcopatu tum agebat sub Conrado Cæsare Lidarius in ordine Pontificum octavus. Hujus tempore, fundatum est monasterium Dominarum in Vischbeke, in honorem D. Ioannis Baptistæ. Fundatrix erat Domina Hellenborga. Variâ fortunâ jactatum est. Vix enim duo intervenerant anni, & ecce Ungari irrunt, novam plantationem subruunt. In Overnkercke monasterium jam bene firmatum penitus subvertunt, occisis martyrio personis omnibus, quæ inerant; CXX. numero periêre, annumerata familia Clericorum & puellarum. Erat autem annus à Christo DCCCXXXVI. dies Felicis & Adaucti. Erant tùm *Canonici* (ut ferunt) *Regulares*, postea sumserunt habitum D. *Augustini*, & facti sunt Regulares usque in hodiernum. *Cœnobium autem in Vischbeke tum utcunque instauratum permansit annis plurimis, donec proprio incendio deperiret; tum quoque in cinere diu fuit, donec à duobus Episcopis innovaretur. Apparent stellæ geminæ per diem reconsecrationis multis videntibus.* Ceterùm de Fratribus istis, seu Canonicis rectè idem *Kranz.*(u) *Admoneor hoc nomine, quod in annalibus ubique lego, per Ecclesias vixisse fratres ordine utique canonico sub regula D.* Augustini. *Sed ubi abjectum est hoc nomen, ut erubescant deinde dici* Fratres, *hoc retinentes, ut* Canonici sine regula (*cum canon sonet regulam*) & Domini *dici ament, fugit cum nomine Fratris caritas, illi nomini cognata, & succedit amor* Excellentiæ propriæ *& contentio sine fine.* Secundùm *Ioannem Pistorium* (vv) sub Henrico Aucupe circa annum DCCCCXLIV. hoc Monasterium conditum est.

Canonici vapulant.

§. II. Verum si Ludovicus Pius ipsô dedicationis die Ecclesiæ Corbeiensi Abbatiolam *Visbeek* in dotem altaris tradidit, utique narrationes istæ vacillant. Vetus membranula (cujus relationem *Meibomius* etiam in *chronicon suum Corbeiense* (x) transtulit) ita *Domnus* Hludovvicus *Imp. Augustus, Karoli M. filius, tradidit monasterio locum* Hüxori *cum omnibus finibus suis*, Eresburg & Meppiam *Abbatiolas, & cetera prædia in Aquilone. Iuditha Imperatrix* ab *eodem Viro suô hæc obtinuit. Domnus* Hludovvicus *Rex die dedicationis Hemele in dotem altaris obtulit: tradidit etiam* Hemmentorp, *Abbatiolam* VISBIKE, decimas *cum decimalibus Ecclesiis in Episcopatu* Asne-

narratio verior.

[u] *lib. cit. c.* 15.
[vv] *in chronico Mindensi* [x] *Vvittekindi annalib. annex.*

Asnebruggi: *vineas in* Liziaco, Hemma *Regina hæc abeo obtinuit.*

§. 3. Sed dabimus literas Ludovicianas.

Litera Ludoviciana.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis: HLUDOVICUS divinâ favente gratiâ Rex. Si liberalitatis nostræ munera, de beneficiis ad Nos collatis, locis Deo dicatis conferimus, id Nobis & ad mortalem vitam feliciter transigendam, & ad æternam perpetualiter obtinendam profuturum liquidò credimus. Idcircò notum fieri volumus omnium fidelium nostrorum, tàm præsentium quàm futurorum, sagacitati, quia petente atque suggerente *Warino*, Venerabili Abbate, qui monasterium, quod dicitur *nova Corbeia*, nostrâ concessione in regimine habere dignoscitur, quod piæ memoriæ Genitor noster construi jussit in honorem Dei & Sancti Proto-Martyris *Stephani*, ubi & *S. Viti* Martyris pretiosa pignora servari noscuntur, complacuit Celsitudini nostræ quandam *cellulam* juris nostri, vocatam *Visbeke*, quæ est constructa in pago *Leri*, memorato monasterio adjungere, atque per hanc nostram auctoritatem ei tradere, ut perpetuò sub ejus ditione, cum omnibus ad se pertinentibus & adspicientibus, consistat. Hanc, ut diximus, *cellulam* cum integritate, rebus & appenditiis, ac terminis suis, & cũ omnibus ad se pertinentibus & respicientibus, item basilicis, domibus, ceterisque ædificiis, decimis, sylvis, campis, pascuis, aquis, aquarumvé decursibus, cultis locis & incultis, mobilibus rebus & immobilibus mancipiis diversi sexûs & ætatis, memorato monasterio subditam esse facimus, atque per hanc nostram auctoritatem ita donamus atque tradimus, ut in jure ejusdem, ac Monachorum inibi per tempora Deo servientium, in diversis necessitatibus, ad divinum cultum propensius exequendum, absque diminoratione aut retractione permaneat. Et ut nullus fidelium nostrorum ab eorum dominatione vel potestate eam quòquo modo auferre, aut in aliam quamlibet partem quâcunque occasione transferre præsumat; neque ullus judex publicus, vel quilibet ex judiciaria potestate in Ecclesias, aut loca vel agros, seu reliquas possessiones memoratæ *cellulæ*, quas præsenti tempore in quibuslibet pagis & territoriis habet, ac deinceps ibidem collatæ fuerint, ad causas judiciario more audiendas, aut freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut homines ipsius *cellulæ*, tàm ingenuos quàm & litos, distringendos, aut ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendas, ullo unquam

tempore ingredi audeat, vel ea, quæ ſuprà memorata ſunt, exigere præſumat. Sed liceat memorato Abbati ſub immunitatis noſtræ auctoritate, Succeſſoribus ejus & monachis, in memorato monaſterio per tempora degentibus, jam dicta villa cum omnibus ad ſe pertinentibus vel adſpicientibus, ad Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti famulatum diligentius peragendum, absque cujuſquam contrarietate, uti, & quæcunque (ad ſuos in Domini noſtri Jeſu Chriſti militia uſus & neceſſitates pertinent, ordinare, diſponere, juſteque efficere, quatenus pro Genitoris noſtri animæ ſalvatione, & pro Nobis, Conjuge proleque noſtra, & pace noſtra ac ſtabilitate totius Imperii, à Deo Nobis commiſſi, acrius eos indeſinenter divinam Majeſtatem exorare delectet. Hanc quoque commonitionem ſubjungere curamus, ut præfatus Abbas, ejuſque per tempora Succeſſores, provideant, ne aliquando negligatur in divino cultu, neque cuilibet perſonæ in beneficium tribuatur, ſed potius procuretur, ut ibi in perpetuum Dei cultus perſeveret, & ad præfati monaſterii Monachorumque ibidem Deo ſervientium uſus & neceſſitates in perpetuum proſpiciat. Et ut hæc noſtra auctoritas inviolabilem & inconvulſam obtineat firmitatem, manû propria eam ſubſcripſimus, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.

Signum Hludovvici ſereniſſimi Regis.

Hadebertus Subdiaconus ad vicem Baldrici Abbatis recognovi. Data XIII. Kal. April. annô XXIII. Sereniſſimi Regis Hludovici, in orientali Francia regnantis, indict. III. Actum in villa Epilingas in Dei nomine feliciter, Amen.



cellula. pagus

§. 4. *Cellula* dicitur hoc monaſterium, quod tamen ampla ſatis Abbatia fuit, adhuc ſeculare Collegium, ein Frey-Keyſerlich weltlich Stifft. De *pagis* veterum poſt CL. Viros *Andr. Atthammerum*, (y) *Meibomium* (z) & *D. Sagitterium* (a) quædam diximus alibi. (b) Etiam

(y) *comment. German. p. 450. ſeq.* (z) *de pagis veteris German. c. p.* (a) *in hiſt. Bardevici c. 1. §. 14. ſeqq.* (b) *in diſc. de Advoc. & œconom. monaſt. §. 13.*

Etiam *villam* expoſuimus, (c) & ſi quæ ſunt aliæ antiquiores voces. *villa*
Meminit quoque Imperator *baſilicarum*. Baſilica ſcilicet οἰκία regia *baſilica*
domus eſt, ſeu ædes in cultum & honorem Regis Regum & Domini dominantium conſtructa, propter regiam ſtructuræ magnificentiam ſic dicta. Quicquid enim ſplendidum, magnificum & imperioſum eſt, hoc Graji vocant βασιλικὸν. Inde Plautus (d) *baſilicas* edictiones atque imperioſas habet. Βασιλικῶς, ſtußeriſch. *Ditis damnoſos maritos ſub* baſilica *quarito*. (e) Interii *baſilicè*: (f) at ego *baſilicus* ſum, (g) ie. magnificus. Secundum Lehmannum (h) *liberi & ingenui* ſunt nobiles, olim miniſteriales. *Liberi & ingenui*
Sed in veteri quodam diplomate à Friderico Duce Sueviæ anno MCLXXXIX. monaſterio *Adelbergenſi* dato, teſtes inter liberi homines, ut *Gottfried à Winidem*, *Albertus à Rabenſtein* &c. à *miniſterialibus* non tantum diſtinguuntur, *verum etiam illis præferuntur*. Putat *Lehmannus* liberos tunc eosdem fuiſſe, quos jam Barones dicimus. Liti verò, ſeu litones, ſunt pro- *liti*,
prii homines, Höwelinge dicti. Inde litiloquium, ſeu litoniloquium, Hoffſprach / & germanicum liedlohn. Hujusmodi liber à *Krenchin* *liber à*
gen, referente *Felice Fabri*, (i) erat Toparcha *Tungenſis*, Diœceſis *Krenchin-*
conſtantienſis. Qui *Friderico* I. Imperatori per territorium ejus *gen.*
equitanti noluit aſſurgere, capite ſaltem humiliter aperto. Rogatus, quidhoc ſibi vellet? animosè reſpondit: ſe, quoad corpus & bona ſua, adeò liberum (& *Agenfrigam*) eſſe ut nec à Cæſare aliovè quid in feudo teneret. Agnoſcere ergò Imperatorem pro Domino ſuo, ceu Clericum, non verò ob bona ſua. Quod reſponſum mirè placuit Cæſari, ut etiam ei jus monetæ largitus ſit. (k)

§. V. Lepida hiſtoria, quam *Iſibordus Amelunxius* (l) de *Scho-* *cata furti*
laſtica Bibermanniâ, Prioriſſa Visbeccenſi, notavit. Quæ cum in *deluſio*
feſto annunciationis B. Mariæ Virginis, pro exornanda ſtatua ejus in templo, è cella ſua in culinam afferret rubicundiſſima corallia, trajectura ea per filum, & collo imaginis circumligatura, ſedit fortè ad focum vetula, eleemoſynas quæ perierat, & mentiebatur ſomnum. Signô interim ad veſperas datô, in cellam recurrit Prioriſſa, relictâ cum

[c] *faſcic. rr. obſ. m. Medico-Phys num.* 36. (d) *Capt. a. IV. ſc* 2, *v.* 31.
[e] *Idem. Curc. a. IV. ſc.* 1. *v.* 11. *Conf. Taubmann. not.* [f] *Epid a.* 1, *ſc.* 1. *v.* [g] *Rud. a.* II. *ſc.* 4. 54. 18. [h] *lib. cit. c.* 19.
(i) *in hiſt. Svevor.* [k] *Conf. Cruſ. P.* II. *Lib.* 2. *vult.* (l) *in breviar. rer. memorabil num.* 15.

coralliis scatulâ in angulo quodam culinæ patinâ coopertâ. Finitis sacris reversa deflet ea ablata. Suspicio cadit in anum: quæ, rumore à vicinis in casula sua perceptô, subitò deglutiebat omnia corallia, & sponte suâ regrediebatur, nescio quid prætendens, ad cœnobium. Priorissa durioribus eam affatur verbis. Illa sanctos in testimonium advocans, astutè malitiam defendit. Sed ecce! ingeniosa quædam soror *Beatrix de Dorringsen* ita ad eam: *Mi Rixa, bono tu sis animo, non sunt deperdita corallia, reperiemus. si non hodie, alio tamen die & perinde est.* Sede tu ad focum, habeas, cùm vigilia sit, offam, quam ipsemet tibi parabo. Illa interim purgans præparat, quod, inscia vetulâ, in jusculo diluit. Comedit anus, nil sinistri suspicans. Interim *Beatrix* omnes ejus egressus observans, paulò post videt ad vomitum proclivem. Subitò pelvis supponitur, digitôque in fauces intrusô, conatus Naturæ promoverur. Tunc en! in putidis excrementis rubentia corallia, ceteris aliâ viâ exclusis. Similem planè historiam de *margaritivoro* Parisiensi habuimus in relationibus hebdomadariis publicis anno 1685. Addeeam, quam *Marcellus Donatus* ex Vesalio citavit. (m)

DISSERTATIO. V.
DE.
ADVOCATO ET CUSTODE LIPSANORUM S. VITI.

§. 1.

Hildevvinus relegatus

Hildevvinus, Abbas cœnobii Dionysiani Parisiis, à Ludovico Pio in Monasterium *Corbeiense* relegatus, humaniter & amicè excipiebatur à *VVarino*, optimo Præsule. Hic reliquiarum sanctorum cupidus, cùm *Victorium* frustrà ab Ambianensibus petiisset, forte ab hospite suo audierat, magnum earum thesaurum Parisiis servari: qui integrum spondebat corpus, modo pristinæ restitueretur

spondet Sanctum

(m) L. IV. *hist. mirabil. c.* 1. *p.* 302.

retur dignitati. Quô factô, annô DCCCXXXVI. indictione IV. Imperii Ludoviciani XXIII. annô fundatæ Corbeiæ XIV. Corpus Lucani Martyris S. Viti Parisiis translatum est Corbeiam ad Visurgim. Sic enim Autor hujus translationis. *Illô verò in tempore Venerabilis Abba* Hilduvvinus *in eodem monasterio jussu Imperatoris habitabat, eratque omnibus carus atque dilectissimus. Quis enim se continere posset ab amore ejus, qui Dominum summo desiderio amabat, & in ejusdem cultu assiduus erat. Hic cùm cognovisset desiderium præfati Abbatis & Fratrum, quia volebant ob augmentum Christiani cultûs aliquem Sanctorum in monasterium suum transferre, promisit, quòd si se Dominus in honorem pristinum collocaret, absque retractatione aliquem eorum, qui sub ditione sua erant, eis daret. Statimque post aliquot dies honori pristino restitutus est. Tunc accessit ad Venerabilem Virum* Hilduvvinum, (Warinus) & *rogavit eum*, ut *memor esset promissionis suæ, & daret ei corpus beatissimi pueri & Martyris* Viti. *Quam petitionem* Hilduvvinus *Abba, cum voluntate & licentia Pissimi imperatoris* Ludovvici, *Consensû etiam Episcopi Parisiacæ urbis, ceterorumque nobilium Virorum in suprà dicta Diœcesi commorantium, libenter annuens dedit ei corpus S. Viti pueri & Matyris Lucani, qui sub* Valeriani & Diocletiani *temporibus passus esse, & à quodam Viro religioso, regnante Pipino, translatus ab Italia in Franciam, & in Diœcesi Parisiaca locatus narratur.* Quâ pompâ hæc translatio facta sit, & quanto cum jubilo Saxones *pretiosum thesaurum suum*, (n) *& unicum Francorum solatium* (o) exceperint, Auctor iste fusius recitabit. Testantur idem antiqui versus apud eundem, quos *Engelhusius* (p) repetit, & rythmi Saxonici, quos mihi servo. *Hoc adveniente Saxonia ex servitute facta est libera, & extributaria multarum gentium Domina*, inquit *ultimus servulorum Christi Martyrum* Stephani atque Viti. (q) *Gloria enim Francorum translata est in Saxoniam.* (r) Ideo Corbeia *S. Vitum* communem domini sui Patronum elegit & coluit. Et olim Cæsares solennissimas traditiones firmabant super reliquias *S. Viti* Martyris, exemplo *Conradi*, (s) laudante id & confirmante *Friderico* I. (t)

S. Vit.

translatio ejus Corbeiam,

pompa ejus.

est Patronus Corb.

(n) *VVittich L. III. annal. p.* 24. (o) *idem L. I. p.* 10. (p) *in chronico p.* 163.
(q) *VVittich in præfat. annal. ad Mathild. Regin. L. I. p.* 11. (r) *Engelhus loc. cit.* (s) *vid. dissert. XI. §. 5.* (t) *anno* 1152.

ex voto ei facto Rugia victa,

§. II. Certè *Lotharius* I. totam Insulam Rugatensem in jus proprietatium huic Corbeiæ ideò tradidit annô DCCCXLIV, quia (ejus verba sunt) à *Domino Salvatore Jesu Christo*, S. Vito *id patrocinante*, in *deditionem eam acceperat. Nam ut aliquamdiu* (pergit) *aliquoties bellum utrinque durum satis committeretur, & anceps victoria & illis & nobis videretur, post aliquantorum, quorum suffragia Sanctorum petebamus*, B. Vitum *exorandum consultè confisi sumus, quod & fecimus. Insuper & si nobis auxiliari dignaretur, ei votum* in *hoc fecimus, quod & victoriam ipsi adscriberemus, & quacunque Nobis, illo auxiliante, provenire possint*, ipsi *dedicaremus. Fiducia ergò continuò potiore accincti, in vigilia ipsius S.* Viti, *bello renascente, sumus congressi, & ipsorum Rege, nomine* Gestimulo, *cum nonnullis majoribus & aliis quàmplurimis illius gentis peremto, cum omnibus suis, reliqui & terra ditioni nostræ cedentes, castella, munitiones, & cetera sua omnia nobis tradiderunt.* Literas recognovit *Remigius* Notarius ad vicem Algmanni Dat. XIII. Cal. April. Aquisgrani in palatio regio A. D. DCCCXLIV. Viden, in quanto pretio & dignitate fuerit *Vitus*, in cujus opprobrium Rugiani *Suantovitum* Suum Fabricârunt. Cùm enim in vigilia *S. Viti*, exque voto ei facto, imò *patrocinante* & *auxiliante* Eô, (Lotharii voce) Insula expugnata sit, utique cœnobitæ hujus rei memoriam seriò inculcantes populo, Patronum suum in omnibus templis & sacellis posuerint, opem ejus in quocunque die tribulationis implorârint, miracula & virtutes ejus mirificè deprædicaverint, donec plebs, pulsis Monachis, & ejecto Dei cultu, fœdum istud idolum sibi strueret [u] quo de *Schvvantovvizio* passim Autores. (vv) *Schvvante* sanctus, & *VVitz.* lumen. *Carlvvitz*, Caroli lumen, *Haugvvitz*, Hugonis lumen, *VVolckvvitz*, Volconis, seu Volchârdi lumen. *VVitz* verò etiam basin, seu fundamentum significat; sic *Schvvantevvitz* idem foret ac *sancta basis.* (x)

Schvvantovvizi,

multa S. Viti monasteria Elsenpagen.

§. III. Multa Germaniæ monasteria nomina & insignia sua huic *S. Vito* debent. *Ditmarus*, Comes Dornbergensis, fundator erat cœnobii *Elsenpagensis* cœtûs Benedictini, quod postea circa annum MCLXXI.

(u) *Kranz. L. II. Vandal. c. 25.* (vv) *Helmold L. II. chron. Salvor. c. 12. & L. I. c. 25. Micral. L. II. chron. Pomeran. p. 254. Kranz. L. V. Vandal. c. 11. & L. III. c. 35.*

(x) *Albin. chron. Misnens. tit. XI. p. 150.*

MCLXXI. *VVolframus* (num filius aut nepos ejus?) in montẽ *S. Viti*, non procul vico *Neumarckt*, transtulit, à quo nomen accepit. *Hasfordi* monasterium ejusdem Ordinis *S. Viti*, cujus rotulus visitationum de anno 1485 meminit. *Hasfort,* Duo alia ejusdem professionis sunt in Diœcesi Colonienſi & Salisburgenſi. Annô MCXLVIII, Comites *Hallermundani* monasterium *Schimenſe* in Diœcesi Mindenſi fundârunt in honorem *S. Viti.* (y) *Schimens.* Et Hamburgenſium Ecclesia cathedralis in honorem Ejus dedicata est, ut plures alias taceam. *Elvacenſe,* potentisſimum olim instituti Benedictini in Svevia cœnobium, fundatum ab *Hariolpho* & *Erlolpho* fratre ejus, Lingonenſi Episcopo, annô DCCLXIV. hodie nobile est Canonicorum Collegium. Ultimus Abbas erat *Joann. ab Hirnheim*, qui ex monacho primus Præpositus (quô titulô nunc gaudent Superiores) factus est annô MCCCCLXI. Hujus Capitulum in insigni monstrat Patronum suum *Vitum* in olla ignita stantem. *Elvvangẽ* Quocunque modô *Pragam*, *Elvvangiam*, *Gladbachium*, seu ad alia loca deportatæ sint reliquiæ hujus sancti, certum est, vel astû, seu fraude, aut singulari liberalitate & favore Corbeiæ, vel ex occasione motuum bellicorum, illa eas obtinuisse. Unde *VVenceslaus*, Bohemiæ Rex, ab Ottone M brachium hujus Viti impetraverit, nisi à Corbeia? (z) *Marquardus* Abbas XXII. pro inauguratione novi monasterii *Pegavienſis* reliquias de *S. Vito* dedit. Ita enim Autor fundationis cœnobii istius, (a) *Datur illi* (VVicperto) Wyndolfus *Monachũs*, (Corbeiensis) *ad tantum opus idoneus, Vir religiosus, doctus & strenuus, fidelis & prudens: junguntur eidem & alii Fratres in adjutorium. Dantur & libri pro divino officio, &* reliquiæ de S. Vito &c. *omnes reliquæ de S. Vito ex Corbeia,*

§. IV. *Windolfus* iste erat Comes *Padrbergicus.* Bellicosi fortesque olim erant, (b) nunc bonæ mentis soror ad ipsos divertit. *Erpo de Pattberg* circa annum MC. mirabili paralysi tactus, eò *quòd crucem Domini turpiter tractaverit, projectâ spineâ coronâ in terram, & pedibus conculcatâ.* (c) *Precibus tamen expiatus, interveniente patrocinio S. Viti sibi restitutus, multa bona Ecclesiis contulit, exstructo* etiam *Comites Pattbergici*

[y] *Kranz. L. VI. Metrop. c. 42.* [z] *Dubrav. L. 1. hist. Bohem. p. 7. Æn. Sylv. in hist. Bojemica c. 15.* [a] *ad ann. 1100.* [b] *Vid Herm. Kerſenbrochii catalog. Episcop. Padeborn. in hist. Joh. ab Hoja & Engelhus. chron. p. 286.* [c] *Isibord. in breviario ſuo.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [61] - 47

Pattberga urbs

etiam cœnobio in Flehedorp. Idem ajunt *Monumenta Padebornenſia.* (d) Olim *Pattberga fuit* urbs. In literis enim dat. anno MCCCLXX. ſecundâ feriâ ante feſtum S. Laurentii Martyris & Diaconi *Pattbergenſes* Domini toti Univerſitati *urbis Pattberg* bonâ fide ſine dolo malo promittunt, ſe omnia *civitatis* Jura & immunitates ſartas tectas conſervaturos eſſe. *Ferdinandus*, Archi-Epiſcopus Colonienſis, in literis anno MDCXXIX. 30. Aug. apertè fatetur: *cives* intra muros (im Ringzu Padtberg) ſibi aliquot privilegia à *Pattbergenſibus* data in forma probante exhibuiſſe, quorum unum incipit: *In nomine S. & Individuæ Trinitatis Amen. Ioannes & Godſchalcus Domini caſtri in Pattberg* &c. Clauſula verò eſt: *Stephanus de Horhusen & alii quamplures.* Dat. *MCCLXIII quartò Idus Martii.* Alterum incipit: *In nomine S & Individuæ Trinitatis Amen. Fredericus, Dominus in Padtberg &c.* Finis eſt: *Ioannes de VVyder, & alii quàmplures.* Dat. *MCCXC. ſexto Cal. April.* Tertium incipit: Ich Frederich de Olde von dem Oldenhuſe/Frederich von dem Negenhuſe &c. Nigenhuſe/Neugerhuſe/&c. Dat. anno MCCCLXXVI. feriâ ſecunda ante feſtum S. Laurent. Martyr. & Diacon. Quartum incipit: Wy Frederich Ritter &c. Dat. anno Domini MCCCXCVII. ipſo die S. Viti Mart. Supplicabant ergò cives *Pattbergenſes*, ut Sereniſſimus Electòr, more Anteceſſorum ſuorum *Diterici*, *Salentini & Erneſti*, iſta privilegia clementiſſimè confirmaret, uti factum. Eadem corroboravit *Maximilianus Henricus* Arensbergæ anno MDCLV. 12. Aug. Urbs hæc nunc vilis pagus eſt, in quo vix ultra XL. mapalia vidimus. Caſtrum autem in colle ſtetit non procul cœnobio *Bredelarienſi.*

plurima Corb. reliquiæ perditæ.

§. V. Cum verò in famoſa Höxariæ expugnatione anno MDCXXXIV. plurimæ, quas adhuc ſibi ſervarat Corbeia, reliquiæ direptæ alioque trasportatæ ſint, *Martinus Alifer*, Nuncius Apoſtolicus & Epiſcopus Inſulanus, annô MDCXXXVIII omnes earum detentores ſacro fulmine percuſſit, confirmante id *Opitio Pallavicini*, Archi-Epiſcopo Epheſino, cujus bullam ſubnecto.

bulla in detentores earum

OPITIUS PALLAVICINI, Dei & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratiâ Archi-Epiſcopus Epheſinus, ac Sanctiſſimi Domini noſtri CLEMENTIS PP. X. Prælatus domeſticus & Aſſiſten , Ejusdemque ac S. Sedis Apoſtolicæ ad tractum Rheni, & alias inferioris Germaniæ partes, cum poteſtate Legati de latere Nuncius. Univerſis & ſingulis Chri-

[d] *edit. Amſtelod. pag.* 141.

Christi fidelibus præsentes literas lecturis, & legi audituris salutem in Domino Sempiternam. Noveritis, qualiter pro parte Prioris & Capitularium Monasterii *Corbeiensis* Nobis fuerit humiliter expositum, quòd ipsi aliàs obtinuerint à felicis recordationis *Martino*, Episcopo insulano, Prædecessore nostro, infrà scriptas excommunicationis literas in forma *Significavit* expeditas, supplicantes, quantumvis illas non solùm ratificare, sed etiam eas à novo concedere, seu publicari permittere dignaremur, ut infra videlicet, MARTINUS ALIFER, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Insulanus, Sanctissimi Domini nostri URBANI divinâ Providentiâ Papæ VIII. & Ejusdem S. Sedis ad tractum Rheni & alias inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de latere Nuncius, Dilectis Nobis in Christo universis & singulis parochialium Ecclesiarum Rectoribus, sive Plebanis, aut illarum Vice-Rectoribus, per districtum Nunciaturæ nostræ constitutis, Salutem in Domino.

Significavit Nobis Dilectus in Christo D. ARNOLDUS VOALDOIS, Electus Abbas *exemti* monasterii *Corbeiensis* in Westphalia, quòd nonnulli iniquitatis filii, quos prorsus ignorat, nonnullas sacras reliquias, unà cum suis pretiosis vasibus & ornamentis, nec non scripturas & documenta quàmplurima à prædicto monasterio, sive Abbatia, abstulerunt, & signanter 1624. occasione abductionis bonæ memoriæ JOANNIS CHRISTOPHORI à BRAMBACH, ejusdem Abbatiæ S. Sedi Apostolicæ immediatè subjectæ Præsulis, magnam partem de *ligno S. crucis* Domini nostri Jesu Christi, ibidem per annos sexcentos reservatam in magna cruce argentea, unà cum aliis quàmplurimis reliquiis Sanctorum, in suis pariter vasibus & thecis argenteis custoditis, subtraxerunt: nec non de anno 1634. inde diripuerunt corpora SS. Martyrum *Viti & Justini*, rubeis sericis pannis involuta, unà cum brachio *S. Martini*, argenteo brachio involuto, & insigni reliquia *S. Laurentii*, theca pariter inclusa, nec non aliorum quàmplurimorum Sanctorum reliquias & instrumenta, documenta, aliàsque scripturas tàm supradicto, quàm anteriori & posteriori tempore ablatas, ad Abbatiam supràdicti *significantis* legitimè spectantes, illasque & illa malitiosè occultare, & occultè & indebitè detinere præsumserunt & præsumunt. Ex quo gravissima damna *inæstimabilis & infiniti pretii* eidem *significanti* & ejus monasterio nequiter intulerunt, in

animarum suarum periculum & dicti monasterii, ac *significantis*, non modicum detrimentum, super quo nostrum & Sedis Apostolicæ prædictæ remedium imploravit. Nos igitur sufficienti ad infra scripta à S. Sede facultate muniti, Discretioni Vestræ Apostolicâ auctoritate, quâ fungimur in hac parte, per præsentes concedimus & mandamus, quantumvis omnes hujusmodi SS. reliquiarum, ornamentorum & scripturarum detentores, ac illorum celatores, aut aliàs scientiam habentes, & damnorum illatores, ex parte nostra, imò verùs Apostolicâ auctoritate prædicta, publicè in vestris Ecclesiis coràm populo per Vos, seu alium, vel alios, moneatis, ut infra competentem terminum, quem eis præfixeritis, dictas S. reliquias, ornamenta & scripturas prædicto *Significanti* eidemque Abbatiæ, seu monasterio *Corbeiensi*, detentores quidem & occupatores restituant: occultatores verò & illas scientes revelent. Et si id non adimpleverint infrà alium comperentem terminum, quem eis similiter duxeritis præfigendum, extunc in eos generalem excommunicationis sententiam proferatis, eamque faciatis, quando, ubi & quoties videritis expedire usque ad restitutionem condignam, & revelationem debitam solenniter publicari. Volumus autem, quòd ex revelatione hujusmodi, si eam fieri contingat, non possit nisi pro civili interesse & similiter tantùm agi, aliàs revelatio ipsa neque in judicio neque extra illud fidem faciat; Ut verò præsentes nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius devenire possint, mandamus, ut earundem præsentium transumtis, vel exemplis & impressis, manu Notarii Publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Coloniæ in palatio nostræ solitæ residentiæ die XXVII. Aug. 1638. Pontificatûs ejusdem S. D. N. URBANI PP. VIII. Anno X. Nos vestigiis Prædecessoris nostri inhærendo, supplicationibus prædictorum Prioris & Capitularium *Corbeiensium* inclinati, & generalem excommunicationis sententiam contra mentionatos detentores & occultatores ad instantiam exponentium, de novo quantum opus proferatis, seu proferre faciatis, servatâ tamen formâ præ infertarum literarum, benignè concedimus & indulgemus.

Dat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [64] - 50

Dat. Colon. VI. Maj. M. DC. LXXV. Pontificatûs ejusdem S. D. N. Annô VI.

[L. S.] Archi-Episcopus Ephesinus.

De mandato illustriss. & Reverendiss.
Domini mei
S. Dumont Abbreviator.

Renovatio *Significavit* pro Regulari

§. VI. Volens autem *Conradus* III. Imp. *fidelissimo & carissimo* suo *Wicboldo*, Abbati XXVIII. Comiti *Bomeneburgico*, ob *insignem ejus fidem, laborem & industriam*, (quam singulariter commendat cum *Friderico* I) (e) Deo, Cæsari & Imperio sanctè præstitam, novam & specialem exhibere gratiam, & splendidum adhuc conferre munus, titulum & dignitatem, ex certa scientia & animo prorsus deliberato, sub auspicio Prælaturæ suæ annô MCXLVIII. in augusta Illustrium Nobiliumque Virorum corona, Corbeiæ, tectô antè B. Viti corpore, per aureum donationis annulum, eum cum omnibus Successoribus, canonicè electis & legitimè confirmatis, fecit ac renunciavit *PERPETUUM ADVOCATUM, SEU CUSTODEM LIPSANORUM S. Viti.* Ceremonias inter hujus solennitatis fuit (1) *Contactus corporis S. Viti*, quod tunc ibi cubabat integrum, (2) *donatio & traditio aurei annuli super reliquias S. Viti facta.* Imò ipse annulus tetigit eas. Expressè enim ait Insulanus; (f) *aurum tetigisse reliquias.* Aureus annulus erat, grandis, obque inclusam in palo gemmam, (adamantem) valde pretiosus, conspicuus, fulgidus & *sacer*, ùt *Desselius ἀνεσόπλης* testatur. (3) *Ipsam traditionis* Imperatoriæ *formulam* Eustachius Brobachius, Nobilis cœnobita Corbeiensis, (g) recitat hujus tenoris.

origo advocatiæ lipsanorum S. Viti

ceremoniæ,

ECCE! CARISSIME & FIDELISSIME wicbolde, *Ego in conspectu Dei omniumque Sanctorum coram* S. Vito, *Patrono meo tuoque, humi prostratus, ob fidem* & laborem, *quô me & Imperium prosequeris, per donationem* aurei hujus annuli, *qui Ipsas Patroni hujus loci sanctas nunc tetigit reliquias, Te tuosque in monasterio Successores facio & constituo* Advocatum, seu custodem perpetuum *Beatissimorum horum Lipsanorum in Dei nomine feliciter* Amen.

formula traditionis

Quibus dictis surrexit cum Ministerialibus, totusque chorus cantavit: *Te Deum laudamus!*

[e] *de anno* 1152. [f] *in breviar. rerum memorabil.* [g] *in fragment. hist. ad ann.* 1194.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [65] - 51

confirmatio hujus muneris,

§. VII. Hæc dignitas *excellentiſſima*, ſeu munus & titulus adhuc ſingulis Abbatibus abs Imperatore confirmatur, ut ex diplomate *Ferdinandi* II. dat. Viennæ anno 1627. 26. Mart. *Joanni Chriſtophoro Barmbachio*, è diplomate *Ferdinandi* III. *Arnoldo IV.* dat. ibid. anno 1639. Menſe April. ex *Leopoldinis* dat. *Chriſtoph. Bernhard.* Epiſcopo Monaſterienſi, ùt Adminiſtratori Corbeienſ. Viennæ anno 1662. 7. Jun. & moderno *Chriſtophoro Bellinghuſano* dat. Lincii 5. Mart. 1681. vidi, in quo Cæſar expreſsè ait: *Se munus ac titulum* Advocati & Cuſtodis perpetui ſacrorum S. Viti lipſanorum, *quô à Conrado III. olim Abbas* Wicboldus *per aureum donationis Cæſareæ annulum inſignitus fuit, ex innata Imperiali beneficentia itidem laudare, approbare, confirmare, innovare*, &c.

litera VVitekindi ad Gerardum,

§. VIII. In reculis M. *Michaëlis Uranii* reperta nuper epiſtola *Wedechindi* Abbatis Corbeienſis XXX. ad *Gerardum*, veteris Corbeiæ in Gallia Abbatem, annô MCXCVI. Dominicâ in Albis ſcripta, quam adjicimus.

Reverendo & Eximio Domino *P. Gerardo*, S. Corbeiæ Veteris Abbati, Ego *Wedechindus*, novæ Corbeiæ ad Wiſarah Abbas, ſalutem in Domino, promtumque in omnibus poſſibilitatis meæ obſequium. Feliciter à pia matre ad filiam ejus, mihi in domino fideliter commiſſam, reverſus, amoris & benevolentiæ arrhabonem, *aureum annulum* omnibus cum gaudio monſtravi, humanitatem veſtram commendans ſingulariter, eumque ceu *cimelium*, apud alterum, quô *VVighbottum* (cujus anima quieſcat in pace!) donavit *Counrat* Rex ſolemniter, & me etiam, quamvis indignum, jure ſucceſſionis fecit & creavit *ſempiternum Advocatum*, *cuſtodem & Patronum* Sanctorum S. Viti Lipſanorum poſui. Quæ dignitas excellentiſſima eſt, & Nobis tantùm data ex ſingulari gratia. Poſtquam enim *Counat* Abbas *annulum* hunc à *rapace corvo* tuo ablatum recepit, fidelius nunc cuſtoditur, & eſt quaſi *Palladium* aliquod. Expedit nunc ad ſtabiliendam Eccleſiæ ſalutem fœdus inire cum *Colonienſi*. Navicula enim parva niſi ad majorem alligetur, vix per turbulentum vaſtumque meabit pelagus. Triſtia tempora ſunt, & *Heinricus* Dux multum vaſtavit terram noſtram, in cujus damni recompenſationem *Philippus* Colonienſis telonium donavit. At non ſufficit iſta retributio pro tantis vexationi-

xationibus. Interim in ſpe & ſilentio ponimus robur noſtrum. Quando poterit Frater *Humbertus*, mittatur ad antiquam matrem ſuam, ut porrò creſcat & proficiat apud Deum & homines, quod Pater & mater ejus, probæ animæ, ſpecialiter nuper coràm me petebant, & urgebant in caſtro eorum *Slachem*, cum Goslariâ reditem. Reliquias ex veſtra Corbeia allatas ſcrinio argenteo intuli, mittamque per F. *Humbertum* particulam de *faſciis B. M. V.* quibus involutus fuit, Salvator mundi in præſepi, digitum *B. Bouici* Epiſcopi & alia. *Bardo de Seghelſten* apùd nos *impriſonatus* crimina ſua deflevit amariſſimè. Spiritualis fraternitas & arctior amicitia inter Vos & nos, inter matrem & filiam, piè reſtabilita, multa afferet commoda caduca & æterna. *Albertus*, Frater noſter, ex *VVittemone* Annæ ſuæ ſymbolum *luminis perpetuum* S. Vito *adfatomavit*; ideo beneficium hoc ei fecimus, ut aliquando *in cucullo* jaceret. Mandavi etiam, ut *monaſterium* novæ Eccleſiæ in omnibus precibus & ſacrificiis omnium veſtrûm ſemper memor eſſe velit. An verò, quod nuperrimè per epiſtolam quæſivit Rev. V. Paternitas, Germani nonnulli *Podagram* coluerint, penitus ignoro. Ego Eam cum tota congregatione divinæ gratiæ commendo. Datum apud caſtrum noſtrum Brunſberg *in VVharfo* VViſarah anno 1196. in *clauſo* Paſchæ.

§. IX. Cum doctiſſimus *Himmelius* Rector Gymnaſii Hirſchfeldenſis fuerit, dubio ſine has literas ibi repererit, vel à Monacho Corbeienſi aut Hirſchfeldenſi eò miſſas, aut delatas. *VVittekindus* nobilis *Spiegelius* erat à Deſenberg, & anno 1194. à *Gerardo*, illuſtris Corbeiæ veteris in Gallia Abbate, honorificè exceptus, à quo etiam in Saxoniam diſceſſurus pretioſum annulum aureum, in teſſeram amoris, acceperat, penes *Conradinum* (quo de jam fati ſumus) poſitum. Ergo, ſedente adhuc *Wittekindo*, annulus iſte fuit Corbeiæ, & quidem fideliùs cuſtoditus. Imo *Robertus Horohuſius*, Abbas XXXVI. eum ſervabat. (h) *De corvo* autem ob rapacitatem *excommunicato* alibi diximus. (i)

§. X. Quæ de fœdere narrantur Colonienſi cum *Adolfo*, Comite de Altena facto, ea ex literis clariùs videbis. *fœdus Colon Eccleſ. Corb.*

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Adolphus*, divinâ annuente

[h] *teſte* J. *Deſſelio in cadicilloſuo* [i] *Dec. II. Eph. Nat. Curioſ. ann. V. annex. diſſ. m. de h. m.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [67] - 53

annuente Clementia S. Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus. Licèt naturalis legis æquitas generaliter depoſcat, ut omnes Eccleſiæ mutuis gaudeant conſolationibus, tamen quia plus ſolet obligare, quod ſpecialiter pollicetur, quàm quod generali ſponſione concluditur, Notum facimus tàm futuris, quàm præſentibus, quòd tempotibus Domini VVIDEKINDI, Corbeienſis Abbatis, inter noſtram & ipſius Eccleſiam, conſentientibus & cooperantibus noſtris fidelibus, hujuscemodi obſervationis fœdus, adhibitis neceſſariis ſolemnitatibus, contraximus, ut prædicta Eccleſia in quolibet neceſſitatis articulo noſtro fulciatur præſidio, & versâ vice noſtra Eccleſia à *Corbeienſi* opportunum auxilium experiatur & commodum. Ne ergo pactum tam ſolerti induſtriâ firmatum, Nobis & prædicto Abbate decedentibus, aliquâ Succeſſorum levitate ſolvatur, non ſolùm circa perſonas Præſidentium, quæ mutari poſſunt, ſed circa prænominatas Eccleſias perpetuâ ſtabilitate inviolabiliter ſtatuimus obſervandum. Hujus ergo facti ſeriem præſenti inſtrumento commendatam ſigilli noſtri & Eccleſiæ B. Petri impreſſione firmamus, & teſtium ſubſcriptione roboramus. Teſtes ſunt hi:

Theodoricus, Traicetenſis Epiſcopus,
Thidmarus, Mindenſis Epiſcopus.
Heribertus, Abbas de VVerden,
Ludovicus, Major Præpoſitus,
Udo, Major Decanus.
Bruno, Bunnenſis Præpoſitus;
Theodoricus, Præpoſitus S. Gereonis.
Gerardus Xantenſis Præpoſitus.
Theodoricus, Præpoſitus S. Andreæ.
Theodoricus, Præpoſitus SS. Apoſtolorum.
Engelbertus, Præpoſitus S. Georgii.
Hermannus, Chori Epiſcopus.
Rudolfus, Major Scholaſticus.
Henricus, Dux de Limborg.
Heinricus, Comes de Seyna.
Simon, Comes de Tekenborch.
Arnold, Comes de Althena.
Albertus, Comes de Everſtein.

Adolfus,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [68] - 54

Adolfus, Comes de Monte.
Henricus, Comes de Daſſele.
Henricus, Comes de Huckesvvagn.
Hermannus de VValdecke.
Heinricus de Schvvalenberge.
Henricus & Gerardus Fratres de VVolmundeſteyn.
Hermannus, Colonienſis Advocatus.
Hermannus, Sculletus de Suſato.
Hermannus, Filius ejus.
Otto Camerarius,
Henricus Dapifer.
Henricus Marſchalcus,
Adam Pincerna & alii complures.

Acta ſunt annô Dominicæ Incarnationis MCXCVIII. Indict. prima. Dat. apud Aquisgranum IV. Non. Julii per manus Godefridi Capellani indie ſcilicet coronationis Domini Ottonis IV. Romanorum Regis feliciter, Amen.

§. XI. Nunc mœſtas cantat querelas de *Henrico Leone* terram Corbeienſem vaſtante. *VVerra* equidem, ſeu bellum Saxonicum nil moderabile ſuaſit. Initium ejus contra *Henricum* fecerat *Udalricus*, Antiſtes Halberſtadenſis, annô MCLXXVII. quô ipsô *Fridericus* I. Imp. cum *Alexandro* Papa in gratiam rediit. Inter fœderatos Episcopi erat *VVittekindus*, teſte *Hiſt. de Henrico Leone*. *Philippus* autem Colonienſis ex familia *Heinsbergica* erat in agro Juliacenſi, Comitis *Gosvvini* junioris ex *Adelheida* Sommerſeburgica, Palatina Saxonica, filius. De cujus impio milite horrenda recenſet *Annoldus* Abbas Lubecenſis ad D. Joannem Ordinis Benedictini inquiens: (k) *Facta ſunt abominabilia & gravia in profectione illa, eò quòd Viri iniqui, filii Belial, qui comitabantur cum eo, ſceleratiſſimi eſſent, & ſceleribus perficiendis inexplebiliter inſiſterent. Facta ſunt autem cœmiteriorum depredationes, Eccleſiarum exuſtiones, & multa loca religionis deſtructa ſunt, ita ut, quod dictu gravius eſt, Sponſas Dei quaſi captivas abigerent, & eas proſtituendo templa Dei non manufacta libidinosè polluerent. Quis non gemat, quòd Sacerdoti Sacroſanctis myſteriis aſſiſtenti non pepercerint, ſed impingentes in eum, necdum bene completis Sacramentis, calicem de manu ejus rapuerunt.* Multa

Verra Sax. on

[k] L. II. chron. Slavor. c. 30.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [69] - 55

Multa etiam alia sceleratissimi illi perpetrârunt, quæ pro enormitate nefas fuit scribere, & nimis venenata auribus fidelium infundere. Prudenti igitur pauca!

telonium rhenarum

§. XII. Ceterùm quæ de donato telonio Wittekindus refert, ea plenius cape ex literis *Philippinis*.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Philippus*, divinâ favente Clementiâ S. Colonienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus, univerſis Chriſti fidelibus, tàm futuris, quàm præſentibus, in perpetuum. Quoniam ex *Werra* Saxonica, quam Nos pro multa neceſſitate *Colonienſis* Eccleſiæ contra ſœvitiam Domini *Heinrici* Ducis de *Brunſvvich* aggreſſi ſumus, Eccleſia Corbeienſis ab exercitu noſtro multa in ſtipendiis Fratrum incommoda, & non modicam rerum ſuarum pertulit devaſtationem, placuit Nobis & ſalutare viſum eſt, aliquam eidem Eccleſiæ damnorum ſuorum conferre reſtaurationem. Noverit itaque univerſitas Chriſti fidelium, tàm futurorum quàm præſentium, quod præfatæ Eccleſiæ fratribus telonium *Nuſſiense* in perpetuum condonavimus, ita, ut ipſi annuatim in vino ſuo deducendo immunes ſint ab hoc telonio. Cùm ergò vita hominum brevis, memoria labilis ſit, ne quis tam pium & rationabile factum demoliri poſſit inpoſterum, præſentem inde paginam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione communiri juſſimus, ſub horrendi anathematis interminatione diſtrictè præcipientes, nè aliquis hoc apud Nos, piæ devotionis intuitû, actum irritum reducat, vel hujus rei violator exiſtat. Teſtes hujus rei ſunt.

Arnoldus, Trevirenſis Archi-Epiſcopus,
Athelogus, Hildeſienſis Epiſcopus.
Sifridus, Paderbornenſis Epiſcopus.
Arnoldus, Oſnaburgenſis Epiſcopus.
Anno, Mindenſis Epiſcopus.
Lotharius, Bünnenſis Præpoſitus.
Volricus, Keſſenſis Præpoſitus.
Bernardus, Suſatienſis Præpoſitus,
Theodericus, Comes de Hoſtadin.
Otto, frater ejus.
Heremannus, Comes de Ravensberg,
Albertus, Comes de Eberſtein.
VVidekindus de VValdeneck.

Fratres

Fratres de Hallermund *Ludolphus & VVulbrandus.*
Fratres de Dasle *Ludolphus & Adolphus.*
Heinricus de Lippia,
Conradus de Schomborg,
Reinerus de Froitzprecht,
Heinricus de Vore,
Rodolphus de Steinvorde
Fratres de Voldesteme *Henricus & Gerardus,*
Gotefchalcus de Pattberg,
Herimannus Scultetus Susatiensis,
Gosvvinus de Altira, & alii quàmplures.

Acta sunt hæc in expeditione Saxonica propè Brunsvvich IV. Idus Augusti.

§. XIII. F. *Humbertus* verò *Eckstidensis* erat, de qua gente vide sîs *Chronic. Lauterberg.* (l) Quid autem per *Slachem* intelligit? malim legere *Schladem*, quod in vicinia Goslariæ est. Erat olim peculiaris Comitatus, cui arx & Præfectura *Vinneburgica* paruit, postea jure belli Brunsvicensibus, nunc Antestiti Hildesiensi, subjectus. Ad septem Comitatus *opulentissimos*, é quibus Episcopatus Hildesiensis unitus est, scilicet ex *Dasselensi*, *Peynensi*, *VVinzenburgensi*, *Poppenburgensi*, *VVoldenbergensi*, *Leuenburgico*, seu *Lovvensteinensi*, refertur à Bucelino (m) etiam *Schlademensis*. Ridebit Lector, quòd *fascias* spoponderit Gerardo, queîs involutus fuit Jesulus. Excussi Lipsanographiam MS. Nobilis cœnobitæ *VVilhelmi* (alii Conradum vocant) *à Plettenberg*, Imperialis Ecclesiæ Eresburgensis olim Præpositi, jussû *Bodonis*, Comitis Pyrmontani, & Abbatis XLI. conscriptam, ubi varia inter mirabilia, *clavum* putâ unum, quô *manus Salvatoris* transfixus: particulam de *toga B. Virginis*, *guttulas* aliquot *de lacte* ejus; de virga *Aaronis* particulam: *lapides*, *queîs Stephanus* Proto-Martyr occisus erat, frustulum *de catena*, quâ vinctus erat S. Petrus, & de *baculo* ejus, frustulum de *saxo*, quô tectum erat sepularum Domini &c. etiam *fascias*, queîs Beatissima Virgo filiolum suum involverat, reperi annotatas. Digitus autem *B. Boulci*, fuerit fortè *Bubulci*, seu *Bouici*, Episcopi civitatis & castri Vindonissæ, qui interfuit Concilio Epaonensi sub *Sigismundo*, Burgundiæ Rege, annô DIX.

F. Hnmbertus

Schladem,

fascia B. M. V.

reliquiæ rariores,

B. Bovicus

(l) *ad ann.* 1130. (m) *Topograph. Germ. notit. p.* 11.

Bardo Sichelſtein

DIX. (n) *Bardo* iſte (Hamelmannus vocat *Brudonem*] (o) Dynaſta erat *Sichelſteinenſis*, (p) & Eques auratus, qui cùm conjugem ſuam gravidam, Comitiſſam *Ziegenbergenſem*, inter preces occidiſſet, annô MCLXXXIX. (ſi *Leznero credimus*) *impriſonatus* i.e. in perpetuum carcerem Corbeiam deductus eſt. Dominio iſto poſtea *Otto* Brunſvicenſis jure belli potitus eſt. Hinc ſemper in catena ferrea *aureas falces* geſſit, quô habitû adhuc videtur in ſepulcro ſuo *Wibenhuſano*.

VVittemon ſymbolum luminis adfatomare

§. XIV. Neſcio an ſtudio, ſeu ex ruditate barbaras has voces adſperſerit VVedechindus. *VVittemon* in LL. Burgundionum *eſt dos*, quam uxor confert marito in manus. *Symbolum luminis perpetui* eſt cenſus luminarium ad lucernas in templis accendendas ter quotannis redditus. *Adfatomavit*, i.e, tradidit, donavit, legavit. Pulcherrimè vocabulum hoc D. *Zimmermann.* (q) explicat. Meretur tranſcribi: Adfatomia *titulus eſt editionum interpolatarum* XLVIII. pro quo *Heroldus* habet *Adframire* eôdem ſenſû *Adfatomia* vox eſt ita propria *Hasbanis* & *Taxandris*, ut ne *Brabanti* quidem *Antverpienſes* aut *Bruxellenſes* eam intelligant. *Eſt autem poſſeſſionis propriæ in alium translatio atque in eam immiſſio per feſtucam*, Gloſſar. Lindenbrog: de adfatomia, de *donationibus, quæ fiunt feſtucâ, in ſinum ei, cui donatur, projecta*; *Nobis eſt infigere, inſerere, ſicut ſilum inſeritur foramini aeus, & ramuſculis ſtipes, ſeu feſtuca cespiti, quæ in ſinum alterius projicitur. Et in L. donationis formula inter Virum & uxorem ſic legimus*: *Propterea has duas epiſtolas adfatimas uno tenore fieri juſſerunt, ie. inſtrumenta. Dotis ſive donationis propter nuptias.* Chifflet. in Gloſſar. Salico. *Adframire Heroldi tit. XLIX. correlativum eſt jam dictæ Adfatomiæ, ideoque originationis planè contrariæ.* Framire *enim eſt abdicare à ſe poſſeſſionem & in alium transdere: qui eam* fattimat *ac ſibi ſtipulatur, nectit & mancipat.* In pacto Regnm Caroli & Ludovici celebrato per annum DCCCXLII. quod eſt *apud Nithardum* Iratmmor deſo Framm, redditur Romanicè *D' iſt Dien auant*; nos diceremus: *ultra hinc & ulterius, ſeu longius.* Hæc ex annalectis *Zimmermannianis*. *Feſtuca* verò ſeu *ſiſtuca*,

Feſtuca

(n) *Chron. Conſtantienſ. edit. Piſtorian. p.* 428. [o] *de famil. emonv. p.* 149. (p) *Vid.*] *Lezner. hiſt. Karol. M. c.* 12. *&* 41. (q] *Analect. Miſcell. menſ.* IX. *c. f. p.* 476.

ſtuca, jùxta curiarum variationes, *baculus*, *virga*, *fuſtis* dicitur, cujus traditione tranſferri ſolent prædia, vel rei alicujus dominium. *Virga* enim, ſeu *baculus*, ſemper fuit poteſtatis & dominii ſymbolum. *Ledradus*, Chori Bremenſis Præpoſitus, à *Conrado* Rege pontificalem *ferulam* (interprete Kranzio, (r) *regalia temporalis dominii jura*,) accepturus, ſpe excidit ſuâ, cum Rex *ferulam*, quam manû tenebat, præterito *Ledrado*, à tergo adſtanti *Unni* capellano traderet, hoc *ipsò eum Eccleſiæ Pontificem deſignans*. At *Kranzii* interpretamentum diſcuſſit & exploſit *Meibomius*. (ſ) Imperatores ſemper elegerunt Epiſcopos Per traditionem *annuli* & *baculi* in manus Epiſcopi, ſolâ conſecratione & manûs impoſitione Metropolitano, ſeu vicinis Epiſcopis, relictâ. Ideo defuncto Epiſcopo *baculus*, ſeu *lituus*, & *annulus* in aulam Imperatoris temittebatur, quem ſummus Princeps alii ritu ſolenni tradebat. Sic *Rembertus*, *Adelgarius*, *Hogerus*, omnes Monachi Corbeienſes, & Epiſcopi Bremenſes ac Hamburgenſes, *ferulam paſtoralem* abs Impp. obtinuêre, uti clariſſimè teſtatur *Adam. Bremenſis*. (t) Inde decedentium Prælatorum bona non Eccleſiæ, aut cognatis, ſed fiſco regio ceſſerunt. (u) Quid ſceptra & ſcipiones Regum ac imperantium, quid peda Antiſtitum, quàm poteſtatis ſuæ ſigna? *Feſtuca* verò erat *virga ſimplex*, quam (ut Prætor olim Romanus) indicium poteſtatis gerebat Comes, hodie vice-Comes, minorumque jurisdictionum Domini & miniſtri, putâ in territoriis ſuis & villis. Hujus *virgæ* tanta autoritas erat, ut, quod ratum eſſe volebant, eâ interpoſitâ confirmarent. Jurare ergò & fidem facere, & poteſtatem cedere per *feſtucam Comitis*, & per *virgam Domini* prædia conferre in morem provenit, non ſecus quàm apud Romanos per *feſtucam Prætoris* ſervi capiti impoſitam manumittere. *Quid? ean' ingenua, an feſtucâ facta è ſerva libera eſt.* (vv) Ad hunc Plauti locum vide notas Taubmannianas. *Eſt autem*, ait, feſtuca *idem quod vindicta, nimirum virga Prætoris manumittendis à lictore imponi ſolita*; neque alio ſenſû *Perſius* dixit: (x)

electio Epiſcoporum penes Imperat.

(r) *L. III. Metrop. c. 5.* (ſ) *de jure inveſtitur. Epiſcopalis.* [t] *L. I, c. 22. 39. & 43* (u) *vid. ſingul. Meibom. diſſert. jam citat. T. III. rer. Germanic. p. 170. ſeqq. & p. 185.* [vv] *Plaut. Milſor. a. IV ſc. 1, v. 15.* [x] *ſatyr. 5.*

Vindictâ *postquam meus à Prætore recessit.*
Et Horatius: (y)
- - - *quem ter* vindicta *quaterque*
Imposita haud unquam miserâ formidine privet.

monasterium pro ecclesia Collegiata

Cuncta latiùs explicat *Taubmann.* (z) & *Martinius.* (a)

§. XV. Demum non ineptè Ecclesiam Collegiatam in ripa Visurgis propè Corbeiam, (Negenkercken) ex bonis Corbeiensibus annô DCCCLXIII. ab *Adelgario*, tertio Abbate, piâ intentione fundatam & dotatam, vocat *Monasterium.* Ita *Autor hist. de Henrico Leone* (b) ædem Canonicorum Blasianam Brunsvici *monasterium* appellat, quia tùm temporis nondum laxatâ disciplinâ, antiquatisque sanctioris seculi institutis, Canonici sub uno tecto fraternè cohabitabant, licèt nulla monachatus regulâ vincti essent. (c) *Ingenua* Ecclesia Misnensis, *Sedes ista Pontificalis libera*, dicitur *monasterium.* (d) Quid autem de *podagra* in calce literarum? febris Deæ sacellum olim in urbe erat, teste *Val. Maximo* (e) De idololatria veterum Germanorum post multos alios vide *Albin.* (f) *& Hachenberg.* (g) Plönensium idolum fuit *Podaga*, (non Podagra) qua de *Helmold*, (h) quem expilat *Kranzius*, (i) qui *Podagam* vocat. Quâ formâ verò fuerit, tute divinaveris. Literæ datæ sunt *apud Castrum Brunsberg*, num Godelhemii, vel Amelumxiæ? aut in ipso castro? equidem alias vidi ab Eodem anno MCXCVIII. scriptas, quarum exodus. Datum *in castro nostro Brunsberg. In Wharfo VVisaræ*, i. e. in ripa Visurgis, in *Clauso Paschæ*, ie. Dominicâ in Albis, quæ claudit Pascha.

podagra

Brunsberg.

figmentum Cæsarianum.

§. XVI. Quæ autem *Cæsarius Heisterbaccensis*, monachus Ordinis Cistercienſis, (k) exque eo *Fridericus Formarus*, S. Theol. D. Episcopus Hebronnensis & Suffraganeus Bambergensis, (l) de *VVitekindo* hoc narrat, ficta sunt, nil quæras amplius.

DISSER-

[y] *L. II. Sat. 7.* [z] *in Comment. p. 854. seqq.* [a] *in Lexico. Conf. Rosin. L. I. A. R. c. 20.* [b] *c fin.* (c) *Kranz. L. III. Metrop. c. 15.* (d) *Albin. chron. Misnens. tit XXII. p. 177* [e] *L. II c. 5 num 6.* (f) *chron. cit. tit. XI. p. 146.* (g) *de German. media dissert. octav. prior.* [h] *L. I. chronic. c. 83. num 3.* (i) *L. IV. Vandal. c. 23.* (k) *L. XII. de miracul. c. 40.* (l) *L. II. de temulentia & ebrietat. c. 13. p. 172.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [74] - 60

DISSERTATIO. VI.

DE.

INSIGNI VIRGINUM MONASTERIO OTTBERGENSI AD NEITHAM, CONGREGATIONIS CISTERCIENSIS.

§. I.

FRatres ἱεροποιοὶ qui à *Kalendis* nomen sortiti sunt, & *Kalendarii*, seu *Kalendarum* dicti, Calender-Herrn/vel Calandesbrůder/ quorum cura non alia olim erat, quàm circa sacra, cùm rariùs hodie reperiantur, fas utique erit prolixius de iisdem præfari. Romani singulos menses ex instituto Romuli in tres secuerant partes, *Kalendas*, Nonas & Idus, primam denominantes à græca voce καλέω quia debitores quibusque *Kalendis* ad solvenda debita convocabantur. *Calare* enim latinis idem est quod convocare. (m) Verum celebratio *Kalendarum* in prisca & puriori Ecclesia malè audiit, unde Synodus *Trallana* eas rejicit, (n) & καλανδολόγια non secus quàm στεληνοδρόμια & βρονταλόγια inter Christianos fuerunt vetita. Cæpisse videntur Fratres hi cum ipsa Sodalitate *Rosarii Mariani*, vel tamen paulò pòst. Estque Societas mixta, ex compacto spiritualium secularium que hominum promiscui sexûs conflata. Finis & intentio ejus haud equidem mala seu culpabilis. Modum enim ordinemque sacrorum instituebat, & specialiter, quæ singulis mensibus celebranda forent, quæ anniversaria recolenda, quæ eleemosynæ distribuendæ, quæ jejunia servanda, quid item pecuniæ elocandum, & qui fructus ex sortibus exigendi. Duplex aliquando hæc societas in una urbe, uti *Cygneæ*, altera *major*, der Grossen-Calender/ altera *minor*, der Kleinen-Calender/ vel simpliciter Calender. Floruit olim non tantum in Gallia & Hungaria, sed etiam Germania, *Hamburgi Wittenbergæ, Pegaviæ, Plaviæ, Ichtershu-*

FF. *Kalendarii unde dicti,*

origo eorum,

finis,

(m) *Vid. Polyd. Vergil. L. II. de invent. rer. c. 4 p. 117. seqq.* (n) *canon. LXII.*

libellus de iis

tershusii &c.. Scripsit de ea *Joannes* ab *Indagine*, Carthusianus primùm Erfurti, deinde hîc Isnaci, ubi inter alia sic trecentorum cōdicum eruditus Conditor: Kalendæ *sunt Societates religiosæ, à calo i.e. convoco, quòd conveniant se mutuò homines ad communicandum bona sua mutuò, & ad subveniendum animabus defunctorum*, Et alibi: *Habent amicalem quandam societatem, in qua communiter vivunt, & certis temporibus conveniunt communicanicando bona sua spiritualia, & se mutuò in caritate corrigendo sine coërcitione potestativa & sine novo habitu, & hinc licita sunt sine auctoritate Papæ.*

cur extincti;

§. II. Verùm cùm sordidi isti Cereris Bacchique alumni cum quibusvis se cularibus crebriùs conversarentur, & quolibet mense *festa mandibilia* (Freß-Feste) instituerent, totasque regiones scandalis implerent, ut etiam in proverbium abierit, er Calender immer fort/ er macht bunte Calender/ quod de temulentis dici solet, tandem extincti sunt, ût cuncta latiùs explicuit Exc. Dn. *Joach. Feller.* S. Th. Lic. inque Universit. Lips. PP. Amicus meus, dum viveret, candidus, in dissertatione solenni, quam notis illustratam nuper edidi, (o) *Henricus de Godelhem*, (p) scribit: Kalendarios *ad* Neitham *semper celebrâsse festa* hypodiaconalia, *de crastino parùm* solicitos. Festum *hypodiaconorum*, seu *stultorum*, eleganter explicat *Fresne*; (q) & Excell. D.D. *Wildvogel*, in illustri Salana Pandectarum interpres celebertimus, (r) festum istud, seu *libertatem Decembricam*, quia circa finem Decembris initium sumeret, ex *Beleto* (s) ita describit: *Sunt nonnullæ Ecclesiæ, inquibus usitatum est, ut vel etiam Episcopi, & Archi Episcopi, in cœnobiis cum suis ludant subditis, ita ut etiam sese ad lusum pilæ demittant; Atque hæc quidem libertas ideò dicta est Decembrica, quod olim apud ethnicos moris fuerit, ut hoc mense servi & ancillæ, & Pastores velut quâdam libertate donarentur, fierentque cum Dominis suis pari conditione, communia festa agentes post collectionem messium: quanquam verò magnæ Ecclesiæ, ût est* Rhemensis, *hanc ludendi consuetudinem observent, videtur tamen laudabilius esse non ludere. Ideo hoc festum annô* MCCXII. *in Francia abolitum est.*

festa hypodiaconalia

§. III. Hi socii *Kalendarii* nidulabantur olim *Ottbergæ* ad Neitham,

(o) *De Fratribus Kalendar. Francfurti ad Moenum 1692.* (p) *in epistola ad Frid. Falckenberg.* (q) *in glossar. verb. Kalendæ*, (r) *in addend. ad cap. 2. §. 6. dissert. de eo, quod justum est circa novum annum* (s) *Lib. de divinis officiis c. 120.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [76] - 62

tham, uno milliari ab urbe Höxaria in Diœcesi Corbeiénsi distantis, ex eleemosynis passim cellectis primò ibi templum condentes. Verum in otium & luxum prolapsi, cùm pia Abbatum Corbeiensium monita temnerent, & à prædonibus, per viciniam tunc grassantibus, crebriùs spoliarentur, *Hermannus* hujus nominis primus, Comes *Dasseliensis*, à pedis vitio *claudus* dictus, olim Præpositus Ecclesiæ Cathedralis Merseburgicæ, postea Abbas & Princeps Corbeiæ Saxonicæ ad Visurgim, ordine XXXIII. annô θεανθρωπ 1234. inertes hosce fucos è latibulis suis Ottbergicis motos aliò transtulit, bonatumque *apicularum* alveolos paternè substituit, vocatis *Ferrariâ* Thuringorum Monialibus familiæ Cistercienſis, *matronis* (secundum ipsius elogium) *probatæ & consummatæ religionis*, quêis bona Fratrum unà cum Ecclesia *Ottbergensi* (cujus jus Patronatus adhuc penes Abbatissam *Brenkhusanam* est,) liberaliter tradidit, sperans fore, *ut propter asperiatem Ordinis & rationabile obsequium, quod talis religio Deo fideliter consuevit exhibere, locus iste meritò queat sublimari.*

FF. *Kalendar. Ottberga*

translati

§. IV. In patria mea, quæ *Isenacum* est, Princeps olim cœnobium fuit *Catharinianum*, in suburbio Georgiano ad semitam, am stiege. Ajunt, ibi stetisse patibulum, quo de fures suspensi, aliique facinorosi capite plexi. Annô verò MCCXIV. Potentissimus Thuringiæ & Hassiæ Langravius *Hermannus*, Ludovici Pii Pater, & S. Elisabethæ Socer, per quietim vidit, ac si omnes ibi justè occisi in vitam reversi, inque venustas virgines mutati forent; accedebat simul B. Virgo cum S. *Catharina*, quæ Hermanno: *heus tu*, dixit, *conde nobis hic ædem, in qua virgines istæ alantur. Sic enim propediem Te ad nos translaturæ sumus.* Dejecto igitur patibulo, eôque in montem, (quem plebs nostra vocat den Gold. Berg) ante portam Nicolaitanam voluto, in famoso & supplicíis olim celebri loco amplissimum & opulentissimum Monasterium cætùs Cistercienſis pro monialibus struxit Landgravius in memoriam B. Virginis & S. Catharinæ.

monast. Catharin. ex somnio natum

§. V. Ex hoc seminario *Hermannus* Corbeiensis primam Abbatissam *Eufemiam* de *Vargila*, cum *Cunegunde* de *aureo agro*, (Goldacker) *Hilburgi de unico*, (Hacken) *Winneka de Sanctis*, (Hellgen) *Elisabetha* à *murium rivo*, (Meusebach) & *Joanna de allio*, (Knoblochi) nobilissimis Virginibus, Ottbergam vocavit. Verùm biennio vix elapsô loci, minùs tunc commodi, sorores admodum pertæsæ, ob-

prima monast. translatio

que

que alias cœli, terræ & aquæ injurias, juſsû Hermanni, ad templum *Ægidianum* ultrà Wiſeram in campo Brüggenfeld propè Hóxariam properantes, XI. ibi annis piè & aſperè vixerunt, rigidæ diſciplinæ amantiſſimæ. *Namodore ſanctitatis earumque auſteritatis vitæ circumque diffusô, cœperunt adoleſcentulæ, nobiliſſimis ortæ natalibus,* (ab Amelunxen, Bevern, Nannexen, Rehbock, Snakenborg,) *poſt ipſas currere, eisque ſpretis mundanis illecebris ac carnis voluptatibus, habitú vitâque conjungi. Inter quas una erat præcipuè Canonica de* Hereſia, (Beata, ſeu Beatrix,) *ex nobili proſapia, quæ in tantum in omni perfectione profecit Dei gratiâ. quòd earum facta ſit Abbatiſſa, quæ ùt præceſſit ceteras prælatione, ſic easdem quoque præceſsit auctoritate vitæ & diſciplinæ Nam virgines illas Deo ſacratas & ſuæ cuſtodiæ commendatas ſub arctiſſima tenuit cuſtodia acrigore regularis diſciplinæ, nec non afflictione corporali & directione ſpirituali permaxima.* (t) *Heriſia* nobile Virginum Collegium in Diœceſi Padebornenſi, cui *Ottilia Fürſtenbergia* XXXIII. annis ſumma cum gloria præfuit, auctis ubique vectigalibus, exſtructis domiciliis, ornatis templis, & fundatis perpetuis eleemoſynis nomen indelebile adepta.

Beata,

Heriſia

§. VI. Cùm verò, defunctâ *Beatâ*, ſororum cognati, fratres, & parentes, aliique temporis fures, crebriùs eas inviſerent, pravis colloquiis bonos earum mores paulatim corrumperent, ſicque Deo, ſibi & illis πολυτελέσταλον iſtud ἀνάλωμα inſſurarentur, omnes earum circulos turbantes, à Zeloſo & religioſo *Hermanno* in vallem Dei, ſeu *Beringhuſium*, (vulgò nunc Brenckhuſen dicitur,) Annô MCCXLVII. miſſæ ſunt. In qua eremo etiam tutiores & tranquilliores erant. Promtæ ſequebantur Patrem Ducemque ſuum venuſtæ filiæ, ad nutum mandantis intentæ. Sic enim in *Cùmque ipſis ſoli Deo placere cupientibus, quibus nihil poteſt eſſe commune cum mundo, propter hominum ſecularium concurſum, amicorum viſitantium, nec non propter joculatorum adventantium venenoſum poculum, locus iſte displiceret ad habitandum, ne pedem, quem jam de mundo traxerant, reponerent, uſæ conſilio amicorum devotorum, qui eis erant pro adminiculo ſpirituali, nec non auxilio bonorum hominum, qui eis erant pro adjutorio temporali, maluerunt pro Chriſto, ob ſpirituale exercitium, in paupertacula fatigari, quàm mundanis ludibriis maculari,* ſeu

ſecunda monaſt. translatio,

(t) *ex antiquo codicillo.*

seu bonis temporalibus prosperari, præfatum locum deserentes, & solitudinem, mentali exercitationi congruam, quærentes in villa, quæ Beringhusen *dicebatur, sese devotionis intuitu divinis laudibus mancipârunt.*

§. VII. At quàm curta hîc supellex & res angusta domi fuerit, fasti monastici fusiùs exponunt. *Ibi enim* (Beringhusii) *infame, siti & frigore Christo servientes monasterium construxerunt, nihilque omninò habentes proprium, per triennium & amplius solô pane & potû contenta, expendebant providè, quæ habere poterant, non in necessaria vitæ, sed in libros & alia ecclesiastica, ut possint benignè suis posteris necessaria divino cultui præparare. Verùm ut mundus, & omnis ejus prosperitas, & ipsæ mundo crucifigerentur, varias Deus immisit calamitates. Cùm enim ad præfatum locum* Beringhusen *pervenissent, primò per incendium fulguris omnia sunt destructa, & non longè pòst per aliud incendium infortunii omnia bona sua, libri & alia multa valde necessaria sunt concremata: postremò verò à diversis damna innumera, vexationes, molestias, exactiones à Principibus, nobilibus, prædonibus, & malis hominibus, ex aëris intemperie, grandinis, pluviæ, siccitate & pecorum amissione sunt perpessæ.* *asperasorum fore.*

§. VIII. Carebant eô tempore *Beringhusani* templo parochiali & cœmeterio, quem defectum templum *Nicolaitanum* (nunc intra Hôxariam) commodè supplebat. Unde adhuc ibi *cœmeterium rusticorum* dicitur. Cinctâ verò muris urbe, ex indultû *Hermanni* Abbatis, oratorium monialium cœnobio annexum, inque memoriam B. V. & Joannis, Præcursoris Domini, erectum, venustiusque restauratum & dilatatum, etiam rusticis patuit, illatô baptisterio, addito cœmeterio, omnibusque, quæ ad parochiam ordinariè pertinent, dato etiam ex cœtu Cisterciensium parocho, qui moniales & rusticos doctrinâ & Sacramentis pasceret. *templum S. Nicol. pro rusticis.*

§. IX. Juvat ipsas fundationis tabulas subtexere, è quibus cuncta distinctiùs videbis:

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Herimannus*, Dei gratiâ Corbeiensis Abbas, omnibus hujus paginæ inspectoribus salutem in Domino. Verbum veritatis ex organo Dominicæ vocis emissum: quoniam arbor, quæ inutiliter terram occupat, exscindenda est, & in ignem immittenda, Hujus considerationis Nos & *Fratres Kalendarii* *literæ fundationis.*

lendarii non immemores, arborem incuratæ consuetudinis eradicare decrevimus, novos inserendo surculos, videlicet monachas *probatæ & consummatæ religionis, quæ per dulcedinem sui fructûs aliquid perfectionis Deo possint germinare.* Hinc est quòd cùm Ecclesia in *Ottbergen*, collecta ex eleemosynis *Fratrum Kalendariorum*, diversis arctaretur erroribus, ita quòd Fratres inibi degentes, *propter frequentem incursionem prædonum*, Deo quietè non possent famulari, *Corbeiensis* Ecclesia, quæ inito illi loco rationes superpositionis providere debebat, communicato *Fratrum Kalendariorum*, aliorumque prudentum, consilio, illi loco salubriter providere disponebat. Tandem cùm multis annis trutinatum esset consilium, in eo convenit Ecclesia *Corbeiensis*, ut matronæ *Cistercienses* Ordinis ibi collocarentur, sperantes, quòd *propter asperitatem Ordinis & rationabile obsequium, quod talis religio Deo fidelius consuevit exhibere, locus iste meritò possit sublimari.* Cùm enim in isto Confratribus conveniisset Ecclesia, cum magno desiderio & diligenti expectatione matronas talis ordinis collegerunt, assignantes ipsis, secundùm Ordinis ipsarum rigorem, bona ipsius Ecclesiæ integra, adjectis sibi reditibus domûs *S. Ægidii*, (im Brüggenfeld) sub hoc pacto, ut prædictæ matronæ, in recognitionem hujus facti, singulis annis *duos cereos* ad altare S. Viti in vigilia sua, *sub pondere quatuor talentorum*, nostræ Ecclesiæ procurent. Præterea si Nobis & *Fratribus Kalendariis* locus ille videbitur incommodus, per Nos & *Fratres Kalendarios* in alium locum poterit transmutari, ita tamen, ut fines, seu terminos nostri dominii non excedat. Quod si secus actum fuerit Nobis inconsultis, omnia bona illius Ecclesiæ, sicut à Nobis derivata sunt, simul & à *Fratribus Kalendariis*, ita ex integro ad Nos & ad Fratres memoratos revertantur. Volumus etiam, ut Nos eis, & ipsæ Nobis vinculô fraternitatis aggregentur, ita, ut quicquid Fratres defunctis suis sororibus facere solent, vicissim persolvamus. Ut autem hoc factum stabile & inconvulsum permaneat, & nulla oblivio deleat, præsentem paginam tàm Ecclesiæ nostræ, quàm nostri Conventûs Sigillorum appensione fecimus communiri. Testes hujus rei sunt *Albertus* Prior, *Escuinus* Præpositus, *Reinerus* Portarius, & Corbeiensis Conventus. Canonici verò novæ Ecclesiæ *Herebordus* Decanus, *Henricus* Höxariensis, *Henricus*, dictus *Schacht*, & *Fratres Kalendarii*, *Richbodo* Abbas de Monasterio,

Contra-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [80] - 66

Conradus Scholasticus Ecclesiæ novæ, *Ernestus* de *Brakle*, *Everardus* de *Amelungsen*, *Hermannus* de *Uslaria*, *Hermannus* de *Nienkerken*, *Gerartus Hateke*, *Gotfridus* de *Gadelhem*, & alii plures. Acta sunt hæc annô Dominicæ Incarnationis M CC XXXIV. Indict. VII. Prælationis nostræ anno XI.

§. X. Hanc *Hermanni* fundationem *Henricus* III. Comes *Homburgicus*, Abbas Corbeiæ XXXV. anno M CC LXXVIII. XV. Kal. Novembr. egregiè confirmavit, vocans moniales istas *Virgines Sacrosanctas.* Sic autem ille. *confirmatur.*

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis &c. Noverint igitur universi tàm posteri quàm moderni, quòd Nos Venerabilis Antecessoris nostri, inclytæ recordationis *Hermanni*, Corbeiensis Abbatis, vestigiis inhærentes, *qui ex speciali dono & gratia Spiritûs sancti, zelô dilectionis & devotionis* circa dictum cœnobium *Beringhusen inflammatus*, ejusdem cœnobii in caritate jaciens fundamenta, Fundator extitit liberalis, de unanimi Conventûs nostri consilio & voluntate, præfatis Sanctimonialibus, quarum ordinem *internâ caritate* amplectimur, Ecclesias, sive jus Patronatûs earundem Ecclesiarum, *in Ottbergen & in valle Dei* prædicta antiquitus cum confirmatione debita collatoris cum hominibus cerocensualibus & omnibus bonis appertinentiis, accedente Reverendi Patris & Domini *Ottonis*, Padebornensis Episcopi, consensu de novo condonavimus, & præsentibus literis condonamus, insuper in prædicta villa *Ottbergen* sita, & totam villam in valle Dei prælibata & bona in *Eldessen.* Has, inquam, Ecclesias, & omnia bona jam expressa, continuâ possessione, bonâ fide, & titulo justô possessas hactenus & possessâ, quæ bona non solùm ad eundem Conventum *Vallis Dei* ex donationis gratia, sed etiam emtionis titulô devoluta noscuntur, cum proprietate sua, pascuis, pratis, sylvis, agris cultis & incultis, aquis, piscationibus, & aquarum decursibus, & attinentiis suis & juribus universis, *ratificando* cum gratia ratihabitionem collationum sæpedicto Conventus Sanctimonialium in *Valle Dei*, seu *Beringhusen*, tàm libenter, quàm liberaliter conferimus per præsentes. Nos verò *Luidolfus* Prior, *Albertus* Præpositus, totumque Capitulum Corbeiense prædictum, quicquid superiùs est prætactum, recognoscimus esse verum, & usque ad consumationem seculorum invidabiliter permansurum. Dat.

anno Domini MCCLXXVIII. decimo quinto Kal. Novembr.

Unicum est, quod monebimus; pro *RATIFICANDO* alia manus in margine substituerat *REVOCANDO*. At hæc vox contra intentionem *Henrici* est. *Zelo dilectionis & devotionis Hermanni* addideris aliud ejus specimen, structuram nempe monasterii *Fratrum Minorum* intra Höxariam, (quos *Rudolfus* II. vocat *Patres gaudentes*) (u) ex bonis Corbeiensibus eô fine fundati, *ut religiosâ vitâ & doctrinâ elegantiori præluceret, juventutem in scholis fideliter instruerent, & Pastores paganos aliquando onere suo levarent.*

uberiùs confirmantur.

§. XI. Vestigiis Antecessorum religiosè inhæsit *Arnoldus* II. Nobilis *Wulfius*, Abbas XLIII, in vigilia nativitatis Christi omnia jura & privilegia, ab Antecessoribus & Capitulo Corbeiensi monialibus in *Valle Dei* data, plenissimè confirmans. Semper habuêre sorores istæ *Abbatissas* suas, ut in antiquo sigillo & literis (w) vidi, idque patet ex recessu *Arnoldi IV.* annô MDCLVI. d. 23. Febr. cum *Abbatissa* & Conventu facta. Mediam partem judicii *Brenkhusani* (Untergerichts) anno MCCCXLV. *Theodoricus* I. concesserat, ita ut Abbatissa cum Conventu futuris perpetuis temporibus *concurrentem jurisdictionem* haberet. Si tamen alii hoc nomen iis invideant, & *Dominas* vocare malint, per me & illas facilè licebit. *Ludovicus* Pius, Thuringiæ Landgravius, moniales cœnobii Catharinani apud nos annô MCCXVIII. notanter & honorificè appellat DOMINAS. Cur ergo ringantur in *valle Dei* sorores, filiæ hujus, ita si nominentur?

reformatio cœnobii.

§. XII. Cùm verò circa exordium hujus seculi venusta antiqui monasterii facies adeò turpata esset, ut cultus Dei neglectus & disciplina collapsa jaceret, decimæ & bona ejus à pessimis Administratoribus dilapidata, vel oppignorata, luxu, insolentiâ & ignaviâ prædominante, *Theodoricus* IV. Nobilis *Beringhusius*, Abbas LIII. annô MDCI. totum in integrum restituit, datô sororibus habitû Benedictino, ut ex literis *Antonii*, Vigiliarum Episcopi, Pauli V. ad tractum Rhenanum Nuncii, accuratiùs videbis.

ANTONIUS, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Episcopus Vigiliarum, Sanctissimi Domini nostri PAULI V. Ejusdemque Sedis ad Germaniæ partes, & per tractum Rhenanum cum potestate Legati de

[u] *in liter. dat. Pragæ 8. Iul.* 1604. [vv] *de anno* 1405. & 1493.

de latere Nuncius ad futuram rei memoriam. In hac noſtræ legationis functione ad ea mentis noſtræ aciem ſedulò dirigimus, per quæ abuſibus & incommodis, quæ in Eccleſiaſticas perſonas tractû temporis irrepunt, eliminatis, non ſolùm ſuo antiquo ſplendori reſtituantur, ſed etiam inſtituta ad laudem Dei & gloriam ejus ſtabiliantur, & ut id votivè ſuccedat, his quæ pro ipſarû reformatione ſalubriter ac prudenter ordinata fuerunt, ut firma & perpetuò illibata perſiſtant, libenter cùm à Nobis petitur, Apoſtol. roboris firmitatem adjicimus. Sanè exhibita Nobis pro parte Præſidentis & Sacræ *Unionis Bursfeldenſis* ordinis Sancti Benedicti petitio continebat, quòd poſtquam monaſterium *Sacrarum Virginum in Brenekhuſen, Padebornenſis Diœceſis*, ad viſitationem Ordinis *Ciſtercienſis* ſpectans, à complurib us annis graviſſimè in regula, moribus, & monaſtica diſciplina periclitaretur, quòd ex eodem *Ciſtercienſi* ordine ad regendas iſtas Virgines Præfecti & collocati rant *ſoluti monachi, bona cœnobii abalienantes, & poſt comperta illorum crimina in fugam ſeſe dantes, monialibus Virginibus deſertis, ex eodem clauſtro ad ſacrilega connubia tranſeuntibus, quarum numerus velatarum ad duas omnimodò totidemque ſorores laicas decreverat, ac hæreſis in templum ac cœnobium iſtud invecta fuerat*, ſic bonæ memoriæ *Theodoricus*, Monaſterii Corbeienſis, Ordinis S. Benedicti, Unionis *Bursfeldenſis*, Abbas, ſub cujus territorio hujusmodi monaſterium ſitum erat, cum ſuo Capitulo, prænonitis Ciſtercienſibus Abbatibus, & ejusdem monaſterii Viſitatoribus, ut qui coram & per literas hoc ipſum petierant, omni conatû & ſollicitudine incubuit, quibus mediis hujusmodi cœnobium ad cultum divinum & veram orthodoxam religionem, ac morum & diſciplinæ monaſticæ reformationem reducere poſſet, & me eidem monaſterio Præpoſitum F. *Gerhardum Eickel*, monachum Ordinis S. Benedicti, ex gremio ſuæ converſationis & Capituli, ſurrogatis aliis monialibus, illisque in regula S. Benedicti, nec non in cantu, ritibus, ejusdem ordinis inſtructis, à quinquaginta annis præfecit, ac monaſterium ipſum in loco *Vallis Dei* ſub Præſidis nomine ac Glorioſæ Deiparæ, & Sanctiſſimi Præcurſoris Chriſti, ut à diuturno ſqualore ac propemodum præſenti interitu retraheretur, nuncupato, in fidem, patrocinium & gubernationem D. Benedicti profeſſis ram in ſpiritualibus quàm temporalibus de anno MDCI. nullâ contradictione interveniente, totaliter, liberè &

 quietè,

quietè, cum bonis & rebus omnibus appertinentibus, translatum ac transportatum, ac hactenus recuperatis magna ex parte bonis alienatis & respectivè restauratis, laudabiliter ab eodem Præposito in spiritualibus & temporalibus administratum fuit. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, illa, quæ Apostolicâ auctoritate munita existunt, majorem obtineant roboris firmitatem, dictusque Præses ac Unio *Bursfeldensis* cupiant prædicta per Nos omnia approbari & confirmari, ac aliàs opportunè providere de Apostolica auctoritate dignaremur. Nos igitur ut ea, quæ prædicti monasterii salubri directione & reformatione statuta sunt, inconcussâ maneant perpetuò, hujusmodi supplicationibus inclinati, Apostolicâ, quâ fungimur, in hac parte auctoritate translationem & transportationem dicti cœnobii *Brenckhusani* sic, uti præmittitur, in laudabilem fidei catholicæ propagationem, ac piæ fundationis conservationem, utilitatemque Reip. cum restauratione & augmento cultûs divini, prô Zelô factam confirmamus & approbamus, ac illis perpetuæ & inviolabilis firmitatis & approbationis robur adjicimus, omnesque *juris & facti* defectus, si qui intervenerint, supplemus, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis, statutis & consuetudinibus, privilegiis quoque & indultis, in genere vel in specie dicto Ordini *Cisterciensi* concessis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Coloniæ die XVIII. Mensis Julii anno MDCXIX. Pontificatûs prædicti Sanctissimi Domini nostri Papæ anno decimo quinto.

Antonius, Episcopus Vigiliarum,
Nuncius Apostolicus &c.

Arnoldus Rhodius, Abbas.

§. XIII. Annô MDCLXXVIII, 15. Decemb. *Florentius à Velde*, Prior tunc Corbeiensis, summum altare *Brenckhusii* consecrabat, datâ sibi speciali licentiâ ab *Opitio Pallavicini*, Archi-Episcopo Ephesino, & Nuncio Apostolico, cujus chartam dabimus.

Prior consecrat altare.

OPITIUS PALLAVICINI, Dei & S. Sedis Apostolicæ gratiâ Archi-Episcopus Ephesinus, ac Sanctissimi Domini nostri INNOCENTII Papæ XI. Prælatus domesticus & Assistens, Ejusdemque ac dictæ Sedis ad tractum Rheni, & alias inferioris Germaniæ partes cum potestate Legati de latere Nuncius &c. Dilecto Filio *Florentio à Velde*, Monasterii

Monasterii Corbeiensis Priori, salutem in Domino sempitetnam. Cum Nobis nuper supplicari feceris, ut pro spirituali consolatione Catholicorum vestrarum partium, *sub duro Luteranorum jugo in variis locis gementium*, licentiam & facultatem benedicendi Ecclesias, capellas & paramenta ecclesiastica, ad Sanctissimæ Missæ sacrificium necessaria, Tibi concedere dignaremur, Nos de divino cultu, *attentâ Catholicorum Antistitum distantiâ*, Tibi, ut præfato Corbeiensi monasterio subjectas Ecclesias & capellas, nec non earundem cimiteria, altaria, campanas, calices, patenas, corporalia, aliaque utensilia, ad Sanctissimæ Missæ sacrificium necessaria & pertinentia, etiam in quibus sacra unctio adhibeatur, aqua tamen & oleis ab aliquo Catholico Antistite benedictis seu consecratis, liberè & licitè benedicere & consecrare possis ac valeas, licentiam & facultatem concedimus & indulgemus præsentibus ad annum durarutis. Datum Coloniæ XXIII. Junii 1678. Pontificatûs ejusdem S.D.N. annô secundô.

(L. S.) Archi-Episcopus Ephesinus,

De mandato Illustriss. & Reverendiss.
Domini mei
S Dumont Abbreviator.

Dura quædam videntur in hac bulla, nolui tamen immutare aliquid, & responsum est ad ea ab aliis. Cur verò infit? *attentâ Catholicorum Episcoporum distantiâ*. Monasterienſis *Christophorus Bernhardus*, Administrator Corbeiensis, ob senium & tumultus bellicos, hujusmodi actus non poterat peragere. *Hildesia* carebat tunc Suffrageneo; *Titiopolitanus*, Nicol. Stenonis, morabatur quidem Hanoveræ apud Serenissimum *Joannem Fridericum*, Ducem Brunsvic. & Lyneburgensem, sed cùm ante ejus ex Italia adventum tes ad Nuncium Apostolicum delata esset, ejus ordinationi standum erat, cùm Corbeienses, ob controversam jurisdictionem Ecclesiasticam, *Padebornensis* Antistitis consecrationem potere nollent.

an Corbeia rectè dicatur Diœcesis:

§. XIV. Si roges, cur Corbeiam *Diœcesin* vocàrim, ne nescias velim, à multis seculis dictam fuisse das Frey-Käyserliche Stifft. *Ferdinandus* II. Imp. in mandato aliquo pro Corbeia (x) nominat sein Käyserlich Patrimonial Stifft/ & *Ferdinandus* III. (y) ein uhrs altes/ aus Käyserlicher fundation herrührendes/ Stifft. Quid multa? in literis reversalibus *Henrici IV. Spiegelii*, Abbatis olim Corbeiensis XXXVIII. tunc verò Administratoris ejus, & simul Episcopi Padede-

[x] *de anno 1624. XI. Januar.* [y] *in mandato de anno 1653. 7. April contra, Hëxariã*

debornenſis, (z) *octies* clarè & diſtinctè dicitur DIOECESIS. Ecce literas!

litera Henrici, Paderborn. Epiſcopi.

Nos HENRICUS Dei gratiâ, Epiſcopus Paderbornenſis, fatemur publicè hiſce literis, quòd Reverendi Domini, Dominus REINHARDUS Abbas, (a) Prior, Præpoſitus & univerſum Capitulum Corbeienſe unanimiter, & bonâ deliberatione præviâ, Nos rogaverunt, quatenus Nos eosdem dominos & DIOECESIN Corbeienſem, & ejus DIOECESIS arces, terram & ſubditos, cum omnibus pertinentiis, præcapitularemus *inſtar Tutoris*, quod Nos facere volumus & debemus omnimodè, ſicut Diæceſin Padebornenſem. Sic, ut Dominus REINHARDUS, Abbas prædictus, retinere debeat *Blanckenau*, partem DIOECESIS Corbeienſis, & DIOECESIN cum omnibus judiciis, valoribus, reditibus, proventibus, & appertinentiis, ſicuti ad DIOBCESIN Corbeienſem hucusque ſpectarunt, ſive ſpiritualibus ſive ſecularibus. Etiam eſt præcapitulatum, quòd Dominus REINHARDUS præfatas DIOECESIS Corbeienſis pertinentias nec hypothecæ dare, nec vendere, nec elocare debeat, absque voluntate noſtra Epiſcopi prænominati & Capituli Corbeienſis. Inſuper debemus Nos Epiſcopus, *Henricus* prænominatus, *Hœxariam Volcmariam* & *Eresburg* retinere in noſtra ſubjectione omnimodè, ſicuti eam hucusque habuimus, quamdiu Nos vivimus, absque contradictione REINHARDI Abbatis & Capituli Corbeienſis prædicti. Quando autem mortui fuerimus, hæc ſubjectio vacua & libera, & ad DIECESIN Corbeienſem redire debet. Sic etiam Diœceſis *Paderbornenſis*, & Noſtri Succeſſores, nullum jus, vel actionem, ad ſubjectionem iſtam ulteriùs habere debent, nedum ad ipſam DIOECESIN Corbeienſem. Etiam Nos Henricus Epiſcopus, Succeſſores noſtri & Diæceſis *Paderbornenſis*, nullum damnum vel debitum exigere debemus ab Abbate, vel prædicto Capitulo, vigore hujus capitulationis. Et propter iſtam hæc prædicta puncta ſtabilia & firma manere & ſervari debent. Itaque Nos Epiſcopus prius pro Nobis, & Nos univerſum Capitulum *Padebornense* pro manifeſtatione noſtri conſenſus & voluntatis, ſigillum noſtrum ad haſce literas appendimus. Datum & actum annô Domini MCC CLXVI. die craſtino Innocentum,

(L. S.) (L. S.) Scripta

(z) *de anno* 1366. [a] *ſeu Reinerus Dallwichus, numero* XXXIX.

Scripta hæc bulla per manum *Gregorii* Scrinarii S. R. E. Menſe Majo indict. V. dat. III. Kal. Jun. per manum *Leonis* Sacellani S. Sedis Apoſtolicæ, imperante Domino Piiſſimo Roman. Auguſto *Carolo* Juniore, à Deo coronato, Imper. annô VI. & poſt Conſulatum ejus annô VI. Indict. V.

§. XV. At Epiſcopus Vigiliarum monaſterium hoc *Diœceſis Paderbornenſis* vocat? ita: quid inde? vidi multas bullas Pontificum, quæ *liberum cœnobium* nominant, *ad Romanam Eccleſiam nullo medio, ſpecialiter, immediatè pertinens:* Sedi *Apoſtolicæ immediatè ſubjectum*, & *nullius alterius Eccleſiæ jurisdictioni unquam ſubmittendum*, ex ſanctione Benedicti VII. Gregorius XV. annô 1622. vocat monaſterium *Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectum*, *nullius Diœceſis*, *Provinciæ Moguntinenſis*. Idem fecit *Urbanus* VIII. annô 1638, *Clemens* X. annô 1674. & *Innocentius* XI. noviſſimè annô 1679. IV. Id. April. Qui omnes & ſinguli *nullius*, *ſeu Padebornenſis*, *Diœceſis* vocant. Vetus Corbeia (ad cujus normam hæc conſtructa eſt) in bullis Pontificiis (quarum multas etiam vidi) conſtanter dicitur *monaſterium ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinens*, & tamen ſubnectitur: *Ambianenſis Diœceſis*. Olim Corbeia hæc dicebatur *nova* & *Saxonica*, reſpectû veteris in Gallia. Cùm verò Summi Pontifices Eccleſias Germaniæ ſuæ proviſioni & jurisdictioni reſervarent, certasque collectas Eccleſiis imponerent, matriculæ Romanæ eas inſcribebant, certam taxam ordinantes, ſalvô tamen cujuscunque Eccleſiæ jure. Ut igitur ſcirent Romanenſes, ubi hæc vel illa Eccleſia & Abbatia in Germania ſita foret, (ſiquidem multæ ſunt,) unamquamque (licèt propria Diœceſis ſit, & territorium ſuum habeat) ad viciniorem Epiſcopatum reduxerunt, e.g. Corbeienſem ad Padebornenſem. S. *Adelhardus* eadem jura, immunitates, & privilegia (indeque reſultantem libertatem) à Ludovico Pio obtinuit, quæ *ſublimia per Franciam monaſteria SS.* Dioniſii, Germani &c. habebant, quod nec ipſa diffitebuntur *Monumenta Padebornenſia*. (b)

libertas Corbeia.

cur Diœces. Padeborn. vocetur?

§. XVI. An verò *Henricus Homburgicus* in confirmatione dicta conſenſum Ottonis, Epiſcopi Padebornenſis, ſuâ ſponte, ſeu coactus flagitaverit, dubium eſt: Erant tunc magni motus inter Corbeiam & Padi fontes. *Simon* Antiſtes XXIII. Comes *Schwalenbergicus*, (c) ſeu

motus inter Corbeiam & Padebornam.

[b] *edit, ſecund. p.* 130.

(c) seu *Lippiensis*, (d) (licèt Kerſenbroch *Schartenberg* ſcribat, alius *Schvvartenberg*,) inſignem Eccleſiam S. Pauli, vulgò Regenkercken/ à B. *Adelgario*, Abbate tertio, annô DCCCLXIII. propè Corbeiam in ripa Viſurgis ex bonis monaſterii ſui fundatam dotatamque, unà cum ſchola &c. annô MCCLXVI. ad Eccleſiam Petrinam Höxariæ transtulerat. Scilicet defunctô *Hermanno* Daſſelenſi, qui triginta annis ſummâ fide & induſtriâ præfuit, circa annum MCCLVI. & ſequentem dictus Epiſcopus *Simon* erat ſimul ut Bremenſis, ſic Corbeienſis Eccleſiæ *Tutor*, ſeu *Proviſor*. Hoc nomine (tutorio putâ) & hâc auctoritate annô MCCLVII. in die B. Laurent. Martyr. in campo *Elstorp*, cum *Alberto* Brunſvicenſi ſuper quibuscunque cauſis, inter eos hactenus ſubortis, mutuam amicitiam pepigit. Electô autem in Abbatem *Tymmone*, Præpoſito in monte Martis, circa annum 1259. & rejecto *Simone*, Henricus Præpoſitus Padebornenſis Eccleſiæ Corbeienſis *Tutor* conſtituebatur, quô officiô usque in annum 1265. & ſequentes functus eſt. Ægrè hoc tulit *Simon*, & vindictæ cupidus Höxariam anno 1271. hoſtiliter invaſit & incendit. De cetero ad partes ſuas trahebat Capitulum *Paulinum*, eòque rem deduxit, ut transferretur Höxeriam, ſub prætextu, quaſi ob inundationes & prædationes haud amplius ad Viſurgim ſubſiſtere quiret in natali ſolo ſuo. Abbas ſe oppoſuit, quodque potuit, fecit. Sed cùm aliqui ex Canonicis Cathedralibus Padebornenſis Eccleſiæ ſimul hujus Collegiatæ *Paulinæ* Canonici eſſent, ab Abbatibus verò conſtituti, ipſique liberioris auræ cupidi, ſpreto Abbatis præcepto, & revocatorio, ad Epiſcopum transfugerent, quod libuit, licuit. Ita ex Canonicis *Paulinis* Petrini facti ſunt. Hanc translationem *Otto*, Comes Rettbergicus, annô 1280. ſub anathemate confirmabat.

delirium prudens & propheticum,

§. XVII. Antequam ex hoc monaſterio diſcedam, placet hiſtoriam repetere de *deliramento prudentiæ & vaticinii pleno*. Joanna de allio, devota ſoror, febre ardente correpta mirabilia patrabat. Quæ enim nullam, præter vernaculam ſuam, callebat linguam, tunc in delirio, & quidem matutino tempore, perfectè ac eleganter locuta eſt *latinè*, reſpondens ad ſingula interrogata promtiſſimè, integros hymnos, uti cantantur in choro, memoriter aliquando recitans, & diſcurrens

[c] *Bucelin. in catalog. Epiſcopor. Lezner hiſt. Ludovici Pii edition. ſecund. c. 29. p. 88. B. & cap 68. p. 173. B.* [d] *Meibom in not. ad Gobelin. cosmodr. ætat. VI. c. 65 Kranz L. VIII. Metrop. c. 15.*

rens de rebus theologicis ſuprà modum eruditè. Circa meridiem deſiit parumper delirare, ſermonemque Romanum hæſitanter loqui cæpit. Circa veſperas ſibi melius præſens, ne verbulum quidem *latinè* protuliſſet, omnium, quæ facta erant, ignara. Poſt completorium, delirio recurrente, multa muſſitabat & dicebat, quæ nemo adſtantium verò intellexit. Narratur *Hermanno* Prælato, qui veniens more ſuô circa veſperam, ſecum portabat *Teſtam. græcum*, quod ante lectum in menſam repoſuit. Hoc conſpiciens *Joanna* ſubitò arripit, & delirans aliquot capita clarâ & perfectè legit cum ſummo ſtupore omnium. Inter alia hoc latinis verbis ſcripſit vaticinium: *Audite ſorores! nos brevi ex monte volabimus in* campum. *Ibi requies noſtra & habitaculum. Tunc* columbinæ *ſiemus* corvinæ. *Hæc* Joanna *vobis dixit. Audite ſorores!* Ultrà menſem in hoc delirio perſeverans curatur tandem, ſed ex acceſſione ægritudinis mentalis poſtea obiit. (e)

illuſtratus

§. XVIII. Ad illuſtrandam hiſtoriam hanc alias afferam. Famulus quidam in febri *græca* lingua loquebatur, ejus omninò ignarus; uti Epiſcopus iſte apud *Borellum*. (f) Quid mirabilius illo Italo apud *Cardanum*, (g) qui nunquam in Germania fuerat, ac ne per ſomnium quidem *germanicam* callebat linguam, tamen *germaniſſimè* loquebatur, expulſis verò *lumbricis*, lingua evanuit? De epileptico, duranteparoxyſmo, *viſa, audita ſecreta* revelante legi meretur morabilis hiſtoria, *D. Petri Rommelii, Phyſici* Reip. Ulmenſis ordinarii, Amici honorandi. (h) Puer totâ vitâ rudis (eſt obſervatio illuſtris *Borrichii*. in Summo Tribunali, quod Hafniæ eſt, Aſſeſſoris Regii, & in antiqua Univerſitate ibidem PP. Doctoris quondam mei colendiſſimi) (i) febri corripitur, & ſubito delirare incipit atque aliena loqui. Advocatus ille Medicus πολλῶν ἀνθρώπων omnia turbata deprêndit. Tertio die promtiùs & eruditiùs fari cœpit. Crederes Theologum devanitate mundanorum ex arte diſſerere, non ægrum ingenii pingvis & obtuſi in articulo mortis tricari. Emodulabatur ſacras cantiones, quas nunquam memoriâ complexus erat, in contemnenda morte ita facundus erat, ita plenus rationibus, quæ diſſolutionem corporis non formidandam ſvaderent, ut eruditus aliquis Senecæ nepos

[e] *hanc relationem Meinhardi à Luchtringen diximus Dec. II. Ephem. Nat. Curioſ. ann. VI. obſ.* 13. *in faſciculo noſtro* (f) *C. II. obſ.* 54. [g] *L. VIII. de var. rer. c.* 42. (h) *Dec. II. Eph. Curioſ. ann. cit. obſ.* 229. [i] *Vol. V. Act. Med. Hafnienſ. obſ.* 67.

non potuerit melius. Quin & latinè subinde loquebatur & fine hæsitatione, cùm triduò antè substantivum cum adjectivo (ceu vocant) ex disciplina conjungere nescierit. Sed vide tu mihi de vaticiniis linguisque peregrinis ægrotantium elegantissimam disputationem Nobilissimi D. D. *Georg. Franci* à *Franckenau*, Archiatri & Prof. Elect. Saxon. in inclyta Academia Wittebergensi, Frautoris nostri honorandi (k) Adde, si velis, *Sennertum* (l) & *Reyes*, (m) ut de *Joannæ* historia minimè dubitare possis. Melancholicam eam fuisse, ex tota narratione patet. Hujusmodi verò homines futura aliquando prædixisse, quæ postea evenerunt, testatur experientia.

Hermanni laus

§. XIX. Ne mireris autem velim, *Hermannum* Abbatem græcum Testamentum more suo secum portâsse. Doctus & religiosus Princeps erat, græcæque linguæ probè gnarus, quam in Collegio Karolino, quod *Osnabrugi* est, didicerat. In hujus enim fundatione *Karolus M.* sanxit, ut tam græcum quàm latinum sermonem docerent & discerēt singuli, omnemque adeò Canonicum & Clericum eleganter bilinguem esse voluit. (n) Ipsum delirantis vaticinium memorabile & ingeniosum. Ex *monte* enim (Ottbergen) volârunt in *campum* (Brüggenfeld ad S. Ægidium,) ex hoc in *vallem*, (Dei, Brenckhusen) ibi adhuc requies earum & habitaculum. Hîc *columbinæ* factæ sunt *corvinæ*, ie. *candidum* habitum, seu vestem, Ordini Cistercienſi proptium, commutârunt cum *nigro*, qualem gestare solent Benedictinæ sorores. Hæc *Joanna* dixit.

vaticinium memorabile

Præpositi Brenckhusani

§. XX, Monasterio huic à reformatione plerumque Nobilis Præpositus est ex Collegio Corbeiensi. Indicem verò eorum, atque Abbatissarum non dabo, cùm omnia cœnobii documenta vel in fumum abierint, seu bellô direpta sint. Obsignabimus ergo dissertatiunculam nostram epigrammate *Georgii Momardi*, Monachi Michaëlitani.

epigr. Momardinum,

Garrula lingua album corvum *mutavit in* atrum; (o)
Sicque color pullus *maxima pœna fuit.*
In corvos *abeunt mites albæque* columbæ;
Vellem, ut ego quoque sic atra columba forem.

DISSER-

[k] *Satyr. med. continuation.* 8. & 9. [l] *L. I. Prax. P. II. c.* 15. *p.* 425. *seqq.* [m] *Camp. elis. jucund. quæst. num.* 27. (n) *Kranz. L. I. Metrop. c.* 2. *Rolevinc. de situ & moribus VVestfal. L. II. c.* 8. *p.* 92. *David Chytræus HL. I. Saxon. p.* 83. [o] *Ovid. L. II. Metam. f.* 8.

DISSERTATIO. VII.
DE
MONASTERIO ALBIFONTANO,
Diœceſis (olim) Moguntinenſis, Ordinis Wilhelmiani.

§. I.

COndiderat *Ludovicus Ferreus*, laudabilis Thuringiæ Princeps, in ripa Vierræ, extra muros urbis Crucisburgenſis, annô MCLXXII. cœnobium pro Virginibus Ordinis Auguſtiniani in memoriam *S. Jacobi*. Hujus Præpoſitus *Tharterus* (aliis *Hedericus*, rectius tamen *Eberhardus à Flachheim*) conſtructurus locum decimum tertium anachoretarum, varia loca nemoroſa luſtrârat. Tandem annô MCCLIII. emit villam *Weiſenborn* cum pertinentiis ſuis à Nobilibus *Flachhemiis* pro XLV. marcis argenti, ut ibi duodecim Fratres eremitici Ordinis *S. Wilhelmi*, ſub directorio Prioris & regula Benedictina, religiosè viverent. Cœperunt iſti *VVilhelmitæ*, ſeu eremitæ Auguſtiniani, annô MCCIV. à quodam *VVilhelmo*, Aquitaniæ Duce, (p) Henrici IV. Imp. Avo. Pariſienſis hic Scholaris magno zelô in eremum profectus, multos congregavit diſcipulos, *VVilhelmitas* dictos. (q)

monaſt. Iacobæum Crucisburgi.

VVeiſenborn.

VVilhelmitæ.

§. II. Stabat monaſteriolum quondam haud procul ſylvâ ehrlich dicta; ſiquidem adhuc iſte locus alt Weiſenborn vocatur. Verùm annô MCCCI. alius Præpoſitus ejusdem cœnobii Jacobæi, *Bernhardus à Flachheim*, id in hunc locum, ubi ad huc ſuperat, transtulit, emto eô à nobilibus de *Salza* cum pertinentiis ſuis. Lignetum, der groſſe und ſpitzige Wolffsberg / à *Güntero* milite & Domino de *Salza* cum mola, (Bohnmühle) paſcuis, agris &c. comparabatur annô MCCCXIII. *Albertus*, Thuringiæ Landgravius, parochiam *Scharfenbergenſem*, unà cum filiabus ſuis *Farnroda*, *Eichert*, *VVuth*, *Sebach* & *Thaal* huic cœnobio adjecit & incorporavit.

alt Weiborn.

transl. ejus.

adjecti.

(p) *Kranz. V. Saxon. c. 1.* (q) *Lang. in chron. Citiz. ad ann. 1259.*

§. III. Charta fundationis hæc est:

undatio. Universis, tàm præsentibus quàm futuris, præsentem paginam visuris, *Tharterus*, dictus Præpositus de *Cruceberk*, æternam in Domino salutem. Cùm ea, quæ geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, soleant per chyrographum futuræ generationis memoriæ commendari, justum est, ut, quod ego, avulsus ab oculis interioris hominis, divinitus irradiatus, in abyssо cordis revolvi, & ad honorem illius, qui cuncta condidit, quæ cœli ambitû continentur, mente tractavi, & opere inchoavi, literæ protestentur. Unde notum facio singulis & universis, quòd, cùm ego districti examinis non immemor, super talento mihi credito fidelis dispensator & studens effector inveniri velim, ut tandem super multa in gaudio constituerer in futurum, proposuissem, in remissionem peccaminum meorum, de bonis à Deo mihi collatis condere testamentum sanæ mentis, corpore incolumis, ex matura deliberatione decrevi, in honorem Gloriosissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, & omnium Apostolorum, construere locum decimum tertium personarum Anachoritarum, ad cultum divini nominis ampliandum; Unde cùm summa diligentia nemorosis locis quàmplurimis perlustratis inveniſſem, quem diligit anima mea, ob ipsius loci amœnitatem & convenientiam multiplicem, locum videlicet, qui dicitur *VVeisenborn*, emi ipsum locum integraliter cum omnibus pertinentiis suis à *Thitmaro* & *Bertoldo* fratre suo, qui ipsum locum, seu villam *VVeisenborne* dictam, tenebant, à Dapifero Domino *Brogo* & filiis suis, & *Cunemundo* fratre suo & filiis suis, & *Günthero* & *Ismanno* fratribus de *Slaheim* (Slachheim) jure feudali pacificè & quiete. Hunc locum, sive villam, *VVeisenborn* nominatam, cum omnibus attinentiis suis, prædictus *Brogus* Dapifer pro omnibus prænominatis, ex eorum consensu & ad eorum instantiam, eò quòd personaliter omnes convenire non possent, & pro se, nec non pro successoribus ipsorum omnibus, in manus Reverendi Principis *Henrici* Marchionis liberè resignavit & exsuscitavit ante castrum *Sumeringer*, multis adstantibus nobilibus & Baronibus fide dignis. Præfatus itaque Princeps prædictam villam cum omni jure suo, ad meam instantiam humilem & devotam, contulit liberaliter Priori & Fratribus heremitici Ordinis *S. VVilhelmi*, ad insudandum divinis laudibus secundùm formam ordinis sui, jure perpetuo possidendam, prout in privilegio

patet

patet lucidiùs Reverendi Principis prætaxati. Hujus igitur rei gestæ, videlicet dicti loci à me emtio, pro quadraginta quinque marcis, à prænominatis heredibus, & sæpè dicti Principis donatio, ut rata maneat in ævum, & inconvulsa sub ista conditione, quæ mihi promissura fuerat, ut XIII. Clerici, sub regula *S. Benedicti* heremiticè viventes, in singulis cellis tempore congruo degentes, ut teneatur & ibidem frequenter divino cultui insudetur, non aliquo casu interveniente ipse locus inposterum vacuus relinquatur, aut vendatur, aut in alium ordinem transmutetur, præsentem paginam, secundùm præmissa, sigilli mei impressione duxi libentissimè roborandam. Scilicet ad præsens confirmo, sub illa spe reformationis rectitudine, quòd frater *Daniel*, Prior de *Onorpharg*, cum quinque personis Clericis locum restauret, bona & regulari conversatione ordini famam recuperet, à Prædecessoribus lachrymabiliter & miserabiliter offuscatam. Datum annô MCCLIII. XV. Kalend. Martii.

§. IV. Subjungo denique Pastores, qui à tempore reformationis *Weisenbornæ* fuêre. *Past. VVeisenborn.*

I. *Henricus Hudenius*,
II *Henricus* Zimmermann/Wilhelmita,
III. *Folcmarus Crantz*, accessit Farnrodâ anno 1561. obiit 1582.
IV. *Justus Schütz*.
V. *Caspar. Adolf Mann*, discessit Madlungam,
VI. *Georg Flor*, vocat. 1621.
VII. *Philippus Kestener*, Waltershusanus, voc. 1636.
VIII. *Joh. Henricus Esler*, Vinarienſis, voc. 1641.
IX. *Sebastianus Sell*, Ilnacensis, 1646.
X. M. Henricus Keßler/Waltershusanus, voc. 1656.

De *Zimmermanno* epitaphium extat: *epitaph. Zimmermanni.*

Sancta mihi Paradisus erat Vallensis *eremus*,
hac ex valle animus scandit ad astra meus.
Weisenborna *mihi fons vitæ, & rivus amoris*,
ex quo hausi puræ simplicitatis aquam.
Dum potui, pavi, ceu sidus Pastor, ovile,
doctrinâ, vitâ, moribus atque bonis.
Qui sequeris, pariter vallem *constanter amabis*,
sic tibi fons albus *lympha salutis erit.*

Zim-

Zimmermann *jacet hîc! olim* Anachoreta Wilhelmi,
pòst servus Domini Pastor itemque gregis!

DISSERTATIO. VIII.

DE.

GENUINO CELLARUM SENSU, IN DIPLOMATE ADRIANEO, ANNO M. CLIV.

§. I.

cella

PRiscis & latinè loquentibus *Cella* erat plerumque penus, seu apotheca, in qua res esculentæ & potulentæ condebantur, & ex qua aliô die rursus promebantur. Hinc *cellarius* idem est ac promus condus, græcè ταμίας. Ad hanc similitudinem veteres monachi villam, seu prædium, vel hujusmodi locum, in quo frumentum & annonam sepositam habebant ad usum Fratrum & hospitum, vocabant *cellam*, & præfectum ejus *Præpositum*. (r) Communiter hodie *cella* pro conclavi cœnobitæ sumitur. Cellam *colens*, *Deum colens*, *claustri custos sedulus*, *collum sternens*, *hostem spernens*, hic *est verè monachus*. (t) *In* cella *invenies*, *quod foris sæpius amittes*. Cella *continuata dulcescit*, *& malè custodita tædium generat*. *Si in principio conversionis tuæ benè eam incolueris & custodieris*, *erit tibi postea dilecta amica*, *& gratissimum solatium*. (t)

pro monasterio

§. II. Ampla & opulenta passim monasteria κατ' ἐξοχὴν *cellæ* dicta, ut *cella Mariæ* in Diœcesi Lubecensi; aliud, duobus milliaribus infrà Ratisbonam, ejusdem nominis & cœtûs Benedictini: *cella Mariæ* in Styria, cella Dei superior & inferior in Diœcesi Herbipolensi, Ordinis Præmonstratensis; *cella Monachorum*, vulgò Ettenmünster. *Cella nova in* Lusatia, ab Henrico, Illustri Marchione Misniæ, condita; *cella Paulina*, familiæ Benedictinæ insigne cœnobium, ut *Bucelin.* retur, seu Cisterciensis, secundum *Meibomium*, in saltu Thuringico

[r] *Vid. Brouver. L. I Antiquil. Fuld c. 7.* [t] *in regul. S. Benedict. c. 1.* [t] *Th. à Kempis de imitat Christi L. I, c. 20, §. 5.*

tingico non procul Arnſtadiô, à nobili & religioſa femina *Paullina* fundatum, cujus etiam meminit Anonymus collector quorundam Germaniæ monaſteriorum. *Cella Eliſabethana* ſub caſtro Wartenburgico à Friderico II. Marchione inſtaurata. (u) *Mattencella* in traditionibus Fuldenſibus. (vv)

§. III. Autor demonſtrationis chronologicæ Padebornenſis (x) ad *cellas* Corbeienſes non tantùm refectoratoria, intra muros Monaſterii exſtructa, e.g. *Gertrudis* capellam in pomario, in qua, dicente ipſo, corporalibus æque officiis quàm precibus & quotidianis ſacrificiis ægri curabantur, & *cellam* famulitiorum, in qua certi religioſi Viri morabantur, qui ad ſacellum D. Martini (nunc dirutum) omnes monaſterii famulos manè, meridie, & veſperi ante labores, prandium & poſt cœnam convocatos ad orandum incitabant, iisdemque ſacrificiis, informationibus, ac piis monitis præerant; ſed quoque huc trahit Præpoſituras, aliasque inſignes Abbatias Corbeiæ ſubjectas. Sic enim inſit: *Traditio valde celebris eſt, iſtiusmodi* cellas *Corbeiam XXIV. habuiſſe*, Eresburgenſem, Gröningenſem, Visbeccenſem, Meppenſem &c. Quàm ampla Abbatia (uti ipſe *Ludovicus* in lit: de anno 901. indict. tertiâ, quart. Id. octobr. datis apertè vocat,) *Eresburgenſis* fuerit, ſuprà dictum eſt. (y) Abbatia *Visbeccenſis* dabatur cum omni integritate, baſilicis, domibus &c. Diverſæ Eccleſiæ, ob regiam ſtructuræ magnificentiam, *baſilicæ* dictæ, huic Visbeccenſi tunc erant ſubditæ. *Ambroſius* baſilicas *vocat* (ita notat ex Vadiano (z) CL. Meibomius (a) *domus Chriſtianorum publicis conventibus conſecratas, in quibus ſacræ lectiones & tractatus, & præterea orationes & Miſſa, h. e. cœna Dominica peragitur, id quod abunde ex libro epiſtolarum ejus quinto colligitur. Veteres publicis uſibus deſtinatas ædes* baſilicas *dicebant, in quibus judicia exercebantur, quæ hodie in plusculis Italiæ urbibus, nomine licèt mutato, durant. Veroſimile eſt, primos Chriſtianos id genus palatiis Principum favore uti capiſſe, atque exinde exſtructis templis ad cultum Chriſtianum nomen* baſilicarum *relictum eſſe.* Quàm illuſtria Collegia cetera fuerint *Corbeiæ* ſubjecta diximus & dicemus.

& ſacello.

ac Præpoſitura

baſilicæ

L §. IV.

[u] *hiſt. de Landgrav. Thuring. c. 95.* (vv) *L. I. num. 88. ſeq.* [x] *c. 16 ſeqq.* [y] *diſſert. 1.* [z] *L. II. de collegiis & monaſt. vetor. German.* (a) *not. ad L. II. Vitekind. c. p.*

§. IV. Catè etiam *Synodus Moguntinenſis* anno DCCCLXXXIIX. habita cum *Joanne* XV. Papa & *Friderico* I. anno MCLII. *monaſteria & cellas*, ſeu *monaſteria & Eccleſias* conjungit, ſeriò mandans, ne ad ipſa monaſteria, (Corbeienſ. & Heriford.) vel *cellas* eorundem, vel ipſe per ſe Epiſcopus, (Padeborn.) ſeu quicunque alius in toto mundo, vel œconomicus ejus, vel Archipresbyter, aut Archi-Diaconus illius, ſeu quælibet ex ejus agentibus perſona, poteſtatem habeat accedendi, niſi fortè *neceſſitatis causâ*, vel *dilectionis gratia* vocatus advenerit. In his *cellis* populum doceri jubet *Adrianus* IV. cujus totam bullam ſubjicimus.

bulla Adrianea

ADRIANUS Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, *Guicboldo* Corbeienſi Abbati, ejusque Fratribus, tàm præſentibus quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Officii noſtri Nos ammonet & invitat auctoritas pro Eccleſiarum ſtatu ſatagere, & earum quieti ac tranquillitati ſalubriter, auxiliante Domino, providere. Dignum namque & honeſtati conveniens eſſe dignoſcitur, ut, qui ad Eccleſiarum regimen, Domino diſponente, aſſumti ſumus, eas & à pravorum hominum nequitia tueamur, & B. Petri atque Sedis Apoſtolicæ patrociniô muniamus, & ſua eis jura & collatas dignitates benignitate debitâ conſervemus. Eapropter dilecte in Chriſto Fili, *Guicbolde*, Corbeienſis Abbas, devotionem, quam erga Sedem Apoſtolicam geris, diligentius attendentes, Prædeceſſoris noſtri ſanctæ memoriæ Papæ *Eugenii* veſtigiis inhærendo, dignitatem, Prædeceſſoribus tuis per noſtrorum Prædeceſſorum Romanorum Pontificum privilegia traditam, Nos quoque, propitiante Domino, inconvulſam volumus conſervari. Quocirca præſentis decreti auctoritate concedimus, Te *in præcipuis ſolennitatibus ſandaliis & dalmaticâ uti, juxta altare ſedere, populum infrà commiſſum Tibi Monaſterium, vel cellas, quæ attinent ad animæ ſalutem docere*, ſicut Prædeceſſoribus tuis à noſtris Prædeceſſoribus Romanis Pontificibus eſt conceſſum. Ipſum præterea Corbeienſe monaſterium, cui Domino auctore præeſſe dignoſceris, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem monaſterium inpræſentiarum juſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis, pro-

propitiante Domino, poterit adipisci, firma Vobis vestrisque Successoribus illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: decimam videlicet de curia *Luithardessen*, decimam de curia *Beverungen*, decimam de curia *Dasburg*, decimam de curia *Mulenhusen*, decimam de curia *Heldorp*, decimam de curia *Munden*, decimam de curia *Bödrike*, decimam de curia *Munichusen*, decimam de curia *Beldirinchusen*, decimam de curia *Ulvelage*, decimam de curia *Homburstelle*, decimam de curia *Nienstede*, decimam de curia *Nolcmaressen*, decimam de curia *Luithmaresen*, decimam de curia *Luitheroſen*, decimam de curia *Erclem*, decimam de curia *Brumelinktorp*, decimam de curia *Erclea*, decimam de curia *Leziaci*, decimam de curia *Castinaci*, decimam de curia *Hottepe*, decimam de curia *Nothlœn*, decimam de curia *Kefflahn*, decimam de curia *Nen*, dicimam de curia *Croppenstede*, decimam de curia *Hemmentrop*, decimam de curia *Holthusen*, decimam de curiis *Gruninge*, in Frisia quandam possessionem, quæ vocatur *Merthen*, & in eodem loco Ecclesiam de *Linguord*, Insulam *Rugianam*, & piscationem *Hocvvar*. Sancimus quoque, ut ipsum monasterium nulli omnino personæ in beneficium quibuslibet occasionibus aliquando concedatur. Sed semper sub protectione Romanorum Pontificum, atque Imperatorum, vel Regum defensione permaneat; adjicientes, quòd monasterium de *Heresburg* cum decimis circa montem per duas Saxonicas rastas, sicut à beatæ memoriæ Domino *Leone* PP, ex petitione *Karoli Magni* Imperatoris, qui ipsum montem expugnaverat, collatæ noscuntur. Monasterium quoque in *Græninga*, & monasterium in *Kemanada* nunquam ab eodem Corbeiensi monasterio alienentur, sed per ipsius loci Abbatem semper regantur, & salubriter sub monasticæ disciplinæ regula ordinentur, nec alicui facultas sit, quicquam de bonis eorundem trium monasteriorum, ad usus & præbendam Domino ibi famulantium pertinentibus, commutare, in beneficium concedere, vel alienare, sine consensu Fratrum in eisdem cœnobiis manentium, favore Corbeiensis Capituli. Volumus etiam, ut Præpositura Clericorum Ecclesiæ *S. Pauli*, quæ vocatur *nova Ecclesia*, sub ejusdem Corbeiensis Abbatis ordinatione, sicut hactenus, semper consistat, nec Abbati, vel Præposito liceat Canonicorum præbendas, absque

que Clericorum conniventia, in beneficium conferre, ſen commutare. Præterea conſtituimus, *ut infrà ambitum muri memorati Corbeienſis Monaſterii nemo Clericorum, vel Laicorum, jure proprietatis, vel beneficii, manſionem aliquam ullo tempore habeat*, ſed totus ipſius loci ambitus Abbatis, Monachorum & aliarum religioſarum perſonarum uſibus & habitationibus pateat. Prohibemus autem, *ut in eodem Monaſterio nulli Epiſcoporum, præter* Romanum Pontificem, *liceat quamlibet jurisdictionem habere, ita, ut niſi ab Abbate ipſius monaſterii fuerit invitatus, nec Miſſarum ſolemnia ibidem celebrare præſumat.* Ut igitur hæc omnia, quæ ſuprà diximus, plenum inpoſterum robur obtineant, ſicut in authenticis Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis continetur, tàm Tibi, quàm ſucceſſoribus tuis ea favoris noſtri auctoritate confirmamus. Decernimus ergò, ut *nulli omninò hominum liceat præfatum monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed illibata omnia & integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalvâ Sedis Apoſtolicæ auctoritate.* Si quâ igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisvè perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentaverit, ſecundò tertiove commonita, niſi præſumtionem ſuam dignâ ſatisfactione correxerit, *poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat.* Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hîc fructum bonæ actionis, percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant Amen.



Ego *Adrianus*, Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. †

† Ego

† Ego *Umarus*, Tuſcul. Epiſcopus.
† Ego *Guido* Diac, Card. S. Mariæ in porticu.
† Ego *Guido* Presbyt. Card. tit. S, Griſogg.
† Ego *Ubaldus* Presbyt. Card. tit. S. Praxedis.
† Ego *Manfredus* Presbyt. Card. tit. S. Savinæ.
† Ego *Ubaldus* Presbyt: Card. tit: S. Crucis.
† Ego *Aſtaldus* Presbyt. Card. tit, S. Priſcæ.
† Ego *Bernardus* Diac, Card. S. Mariæ in via lata.

Dat. Romæ apud S, Petrum per manum Rolandi S. Rom. Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis & Cancell. v. Kal. Mart. Indict. II. Incarnationis Dominicæ anno M. CLIIII. Pontificatûs verò Domini Adriani PP. IIII. annô primô.

§. V. *Adrianum κατὰ πόδα* ſequitur. *Lucius* III. Conrado Abbati annô MCLXXXIV. easdem immunitates & dignitates verbotenus confirmans. Et *Joannes* XV. eandem licentiam *juxta altare ſedere, populoque infra monaſterium, vel cellas, verbum Domini prædicare*, corroborat. Quæ verò præcipuæ iſtæ ſolennitates ſint, in quibus dignitatibus hiſce gaudere queat Abbas, *Benedictus* VII. Papa lariùs expreſſit inquiens: *Inſuper & concedimus, ut in præcipuis feſtivitatibus, id eſt, in natalitiis Domini atque in Epiphania, & purificatione S. Mariæ, die reſurrectionis & Aſcenſionis, Pentecoſte & feſtivitate S. Joannis Baptiſtæ, in natalitiis Apoſtolorum, in feſtivitatibus S. Mariæ & Sanctorum, quorum meritis jam dictum monaſterium dedicatum eſt, Abbas ipſius loci intra Miſſarum ſolennia Dalmaticâ & ſandaliis utatur.* Scripta hæc bulla per manum *Joannis*, Notarii *Benedicti* & SS. Rom. Eccleſiæ. Dat per manum *Stephani*, Epiſcopi & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ, annô Pontificatûs *Benedicti*, Sedis Pontificalis & univerſalis Eccleſiæ Papæ, in ſacratiſſima ſede B. Petri Apoſtoli VII. imperante Domino noſtro Ottone coronato. *Præterea uſum mitræ & annuli in iisdem ſolemnitatibus Tibi*, Conrade, *tuisque ſucceſſoribus, Apoſtolicâ auctoritate concedimus*, addit Papa *Victor*. *confirmatio privilegii* *explicatione,*

§. VI. *Juxta altare ſedere populumque docere in monaſterio Corbeienſi, & cellis* eidem ſubjectis, ampliſſimum ſanè munus & prorſus *incellis docere*

(b) *Vid. Concil. Erid. Seſſ V. c. 2.*

ſus Epiſcopale, (b) ideò Abbatibus conceſſum, ut, quoniam nulli Epiſcopo, ordinariâ auctoritate, vel ipſum monaſterium, *vel cellas*, ſeu Eccleſias Corbeienſes, intrare licebat, Abbates, eorumvè Archi-Presbyteri, hoc officium ſupplerent. Decretum ſynodi Moguntinenſis Joannes XV. integrum repetit, dicens: ut *nullus Episcopus, quicunque fuerit, per ſe ad ipſa monaſteria*, (Corbeienſe & Hertford.) *vel* cellas, *earundem*, (i.e. Abbatias, cœnobia, baſilicas, &c. iisdem alibi ſubjectas,) vel *Oeconomus ejus, vel Archi-Presbyter, aut Archi-Diaconus illius, ſeu qualibet ex ejus agentibus perſona poteſtatem habeat accedendi, niſi fortè neceſſitatis causâ, vel dilectionis gratiâ vocatus advenerit.* Idem *Benedictus* ſanxerat. Abbates verò Corbeienſes ſub ſe habuiſſe *Archi Prebyteros*, ex privilegio *Conradino* apertè liquet annô 1147. licèt dudum ante eorum meminerit *Ludovicus* annô 853.

populum.

§. VII. *Populum* doceri jubet *Adrianus* in *cellis*, in Eccleſiis & monaſteriis ampliſſimis, (adque jus B. Petri ſpecialiter pertinentibus,) in Diœceſi *Monaſterienſi*, *Halberſtadenſi*, *Mindenſi*, *Padebornenſi* &c. ſitis, verùm Corbeiæ ſubjectis. *Populum* inſit, i.e. utrumque ſexum, juniores & ſeniores. Intelligitur ergò *populus parochialis* in iſtis *cellis*, Cœnobiis, Præpoſituris, cunctisque earum pertinentiis, quam *Fridericus* I. Archi-Epiſcopus Colonienſis, annô 1120. ſedente *Erkenberto*, confirmavit, &, vigore hujus confirmationis, Abbati Corbeienſi decimas in ſuo Archi-Epiſcopatu donavit & remiſit. Quorſum Auguſtiſſimus Cæſar LEOPOLDUS I. *ſciens, prudens atque animô bene deliberatô, ſanô ac maturô captô conſiliô, deque Cæſareæ ſuæ poteſtatis plenitudine, ſub graviſſima ſua indignatione, & mulcta ducentarum marcarum auri puri, puti probique* Lincii 5. Mart. 1681. omnia & ſingula Corbeienſium privilegia, libertates, & exemtiones, jura ac indulta, gratias, immunitates, uſus laudabiles, conſuetudines & conceſſiones quascunque, tàm per Imperatores Regesque Romanorum quàm alios quoscunque Corbeiæ, eique annexis aliis monaſteriis putâ *Meppienſi*, *Montis Martenſi*, *Visbeccenſi*, *Scakenſi*, *VVerſenſi* &c. conceſſa & conceſſas, clementiſſimè laudavit, approbavit, confirmavit, ratificavit & innovavit, imò de novo atque integro, quatenus opus eſt, conceſſit & elargitus eſt, ſi non ampliſſimo jure ac immunitate ſuâ gaudeat utaturque Corbeia ſemper libera & exemta?

quis ille?

noviſſima confirmatio omnium privilegiorum &c.

DISSER-

DISSERTATIO. IX.
DE
REFORMATIONE MONASTERII ULLESHEIMENSIS,
DIOECESIS (OLIM) FERDENSIS, PROFESSIONIS BENEDICTINÆ.

§. I.

MAgna Scriptorum confuſio in eruenda *Brunonis* familia, Epiſcopi Ferdenſis, hujus nominis primi. Gobelinus Perſona (c) Patrem ejus vocat *Ottonem*, Bavariæ Ducem, ipſum tamen *Brunonem* (d) filium *Ottonis*, Ducis Carinthiæ. *Otto* iſte erat *Ludolfi*, Ducis Sveviæ filius, nepos Ottonis M. Ditmarus (e) Ducem Bojoariæ nominat. *Henrico* ſiquidem rebelli ejecto, Bojoariam unà cum Carinthia accepit regendam annô DCCCCLXXVI. (f) Redeunte autem *Henrico* ad officium, ceſſit de provincia Bojoariæ, retentâ ſaltem Carinthiâ. Malè autem Gobelinus (g) *Henricum*, ſucceſſorem Ottonis, filium ejus vocat, cùm conſanguineus fuerit. (h) Recentiores nonnulli (i) *Brunonem* noſtrum Ludolfi, Sveviæ & Carinthiæ Ducis, filium faciunt, adeoque Ottonis M. nepotem, ſed perperam. Erat enim ex filio Ottone nepos ejus M. Theodor. Engelhus. (k) Brunonem *Saxonem* appellat, filium Ottonis Carinthiæ Ducis. Theodor. Niemius (l) *Conradi*, Ducis Franciæ Orientalis, ex Luitgarde, Ottonis I. filia, pronepotem. (m) Bucelin. (n) Saxoniæ & Sveviæ Ducem. Iſte *Bruno*, Ottonis & Judithæ filiûs, Ludolfi Ducis (non Imperatoris, quem errorem typotheta meus commiſerat) (o) nepos fuit, *Brunonis origines,*

(c) *Coſmodr. ætat. Vl. c.* 49. (d) *cap. ſeq.* (e) *L. III. chronic p.* 51. (f) *Vid. Lambert. Schafnab. ad hunc annum* (g) *cit. loco* (h) *Meibom. in notis ad Gobelin. p.* 360. (i) *ut Fabricius L. III. orig. Saxon. Peccenſtein theat. Saxon. L. I. pag.* 11. *& alii* (k) *in chron. p.* 188. (l) *de privileg. & Iurib. Imper.* (m) *vid. not. Meibom ad L. I. annal. VVittechindi & in pan egyr. Roſvvitha.* (n) *German. Sacr. P. I. p.* 22. *& P.* II. *p.* 900. (o) *in theatr. m. illuſtr. Corb. Saxon. Viror. c.* 1. §. 1. *& in diſcurs. de advocat. & œconom. monaſt. §.* 7.

fuit, primùm humilis Corbeiæ Saxonicæ monachus piè & eruditè doctus, qui ſub *Bovone* III. hîc vixerit, factus poſtea Antiſtes Ferdenſis, ſucceſſor *Amelungi*, (Amalongi, Amelingi, Ælungi (p) *Hermanni Belingi* (rectius Wilingi) fratris, (q) ſeu (juxta alios) filii.

dubium ex dubio,

§. II. At veluti fluctus trudit fluctum: ſic dubium ex dubio naſcitur. Hic *Bruno*, Amelungi ſucceſſor, *provectæ ætatis* dicitur, cùm tamen *Bruno* Papa *juvenis* adhuc vocetur.

Sed juvenis *Cathedram ſedit Apoſtolicam:*

Hermann. bannô vinctus

Ut in epitaphio ejus habetur, à nobis alibi (r) citato. Cum enim Corpus defuncti *Herimanni* (Billingi) Lyneburgum à filio ſuò *Bernhardo* (rectiùs cum Adamo Bremenſi *Bennonem* vocaveris, (ſ) cùm Bernhardus nepos fuerit,) deferretur, contigit ibi *Brunonem*, Ferdenſis Eccleſiæ Ephorum, in proximo eſſe. Hic quia *Herimannum*, dum vixit, banno conſtrictum habuit, ſuppliciter rogatur à filio, ut ſolutionem ſaltem defuncto impenderet, & in Eccleſia eundem ſepelire liceret. At minimè impetravit, notante Ditmaro, (t) quem ideò perſtringit D. *Sagittarius*. (u) Fuit hic Bruno Epiſcopus *conſanguineus* prædicti Ducis Saxoniæ *Hermanni Billingi*, cur ergò Trithemius (vv) *fratrem* ejus vocat, quod de *Amelungo*, Brunonis Anteceſſore, rectiùs intelligendum eſt. (x) Quî autem hæc cohæreant, ut Ferdæ *ſenio & infirmitate aſſiduâ gravatus*, *ſenexque decrepitus* dicatur, (y) & Romæ tamen *juvenis* ſederit? non video. Qui poteſt, ea mihi conciliet quæſo.

Monaſt. Vlſinenſe.

§. III. Hic Bruno, *Vir natû & virtute nobilis*, (z) inter alia pietatis monumenta, mandante Glorioſiſſimo Ottone III. (quem ob ingenii promtitudinem, raramque prudentiam *Mirabilia mundi* diximus,) & cujus *nepotem* eum facit Ditmarus, (a) (Patina (b) *affinem*, Nobiliſſimus Mallinckrot. (c) *ſobrinum*, Gobelinus, (d) *gradû conſanguinitatis adſtrictum*, alii ſimpliciter *cognatum*,) nobile Virginum monaſterium *Vlſinenſe* in agro Lyneburgico Ordinis Benedictini, in memoriam B. Mariæ Virginis & S. Joannis Baptiſtæ annô DCCCCXC.

[p] *in catal. Epiſcop. Ferdens. Eucelin* [q] *Kranz L. III. Metrop. c. 19.* [r] *citat. theatr. c. 1.* [ſ] *L. II. c. 14.* [t] *L. II. chron. p. 36.* [u] *de Bardevico c. 5. p. 161.* [vv] *chron. Hirſaug. ad ann 983. & L. IV. de Viris illuſtr. D. S. B. c. 224.* [x] *vid. Meibom. vindicias Belling. p. 42.* [y] *loc. cit. Ditmar.* [z] *Kranz. L. III. Metrop. c. 36* [a] *L. IV. chron. p. 79.* [b] *in vita ejus* [c] *L. II. de Archi Cancellar. c. 2. p. 136.* [d] *l. c.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [102] - 88

DCCCCXC. (e) condidit. Fabuntur id adhuc saxa in æde cathedrali Ferdæ, in quibus hæc legimus.

Episcopus Verdensis Bruno, Dux Saxoniæ & Sueviæ, annô DCCCCLX. Papa Gregor. annô DCCCCXCV.

Contulit iste suum sacrum patrimonium ad usum, (f)
Cœnobiumque Ulsen *Mariæ fundavit honori,*
Ex hoc Pontificem Romanum Tertius Otto
fecit, ut ejus ope acciperent Septem Viri *honorem.*

Das Kloster Ulsen thät erbauen
Von seim zu ehren unser Frauen/
Ward Pabst vom Käyser Otto gemacht/
Welcher der Fürsten Chur aufbracht.

Ultima hæc opinatio dudum explosa est. Vide post alios Celeberrimi *VVagenseilii* venustam exercitationem *de Romanis Pontificibus ex German. gente natis*, (g) cui jungas velim Exc. D.D. *Thulemarii*, Consil. Elect. Palat. & quondam in antiqua Universitate Heydelbergensi Prof. Publ. Fautoris mei honoratissimi, *Octo Viratum.* (h) Denique ob pietatem & prudentiam annô 996. (i) (secundùm *Onuphrium* anno 995.) ad cathedram Romanam evectus, & *Gregorius quintus* seu *Minor*, teste *Niemio*, (k) dictus, quasi solo *Gregoriô* M. inferior foret, obquè eximiam liberalitatem in egenos *Pater pauperum.* (l) Sedit annos duos, tot menses & quatuor dies. Sepulcrum ejus Romæ in basilica Petrina. Quis ergò non videat magnum ἀχρονισμὸν illorum, qui eum anno 976. *Ferdæ* extinctum esse ajunt.

error.

Bruno Papa

§. IV. *Thietmarus* postea hujus nominis secundus, successor *Brunonis* in sede Ferdensi XXVI. *post multa laudabilia*, (m) jussû *Lotharii* II. seu Saxonis, suadente conjuge ejus *Rizinka*, (Rixa, Rizza, Richza, Ritzincha, Richnsa, Richensa, Richenza,) Ducis *Henrici* ad Wiseram, Comitis Northemensis & Bomeneburgici, filia(n) hoc monasterium in claustrum Monachorum commutavit anno M. CXLIII. Pontificatus sui XVI. Sic anno 1126. sedere cœpisset, non 1128. juxta *Bucelini* catalogum. Addo tabulas reformationis.

reformio monastaii

M In nomine

[e] *Bucelin. German. Sacr. P. II. p.* 90. [f] *Conf. Kranz. loc. citato.* [g] *p.* 15. *seqq.* [h] *c.* VII. §. 9. *seqq.* (i) *Sigbert. Gemblacens. ad hunc ann.* (k) *L.* II. *de Schism. c* 34 (l) *Engelhus. chron. p.* 188. (m) *Kranz. L.* VI. *Metrop. c.* 19. (n) *Spangenberg. chron. Querfurt. L.* II. *c.* 33.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [103] - 89

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Thietmarus* Dei gratiâ Fardensis Ecclesiæ Episcopus Successoribus suis regulariter ordinatis in perpetuum. Quia congruum est, sacerdotalem discretionem & in præsentibus cautam, & de futuris providam existere, idcircò notificamus universis Ecclesiæ Dei fidelibus, præsentibus & futuris, qualiter in Ecclesia B. Joannis Baptistæ, quæ vocatur *Ullesheim*, quæ à Beatæ, memoriæ Prædecessore nostro *Brunone*, qui ex monacho Episcopus fuit, ex præcepto Domini *Ottonis* Imperatoris in pago *Bardungie* fundata est pro monialibus feminis, quæ ibidem congregatæ fuerant, Fratres Monachos de *Corbeiensi* monasterio, ubi & idem prænominatus Episcopus monachus fuit, substituimus, præcipiente Domino *Lothario* Imperatore, cohortante religiosa conjuge ejus Domina *Rizinza* Imperatrice, ut, ob restaurandam inibi divinam religionem, eandem imitationem facere deberemus. Quoniam verò prædictus *Otto* Imperator Sanctis monialibus in eadem Ecclesia liberam electionem Abbatissæ in privilegio suo concessit, Nos quoque idem Fratribus Monachis recognoscimus; sed & decimas, quas vel suprà scriptus Episcopus, vel successores ipsius prænominatæ Ecclesiæ concesserunt, Nos & per nostram subscriptionem concedimus, quas propriis vocabulis exprimendas duximus, *Aldendorp*, *Holte husen*, *Bunesdorp*, *Lettendorp*, *Eppenhusen*, *Gustide*, *Emmendorp*, *Havveleser*, *Grungendorp*, *Katelmdorp*, *Scellesdorp*, *Zimlendorp*, *Ardemtbergen*, *Renningen*, *Kipdorp*, *Kistide*, *Essenstede*, item *Essenstide* (sic legitur) *Niendorp*, *Bodenhusen*, *Lichrim*, *VVentstide*, *Hetenstampe*, *Stotenhusen*, *Kotessen* &c. Ut & Nos, imitantes Majorum exempla, aliquid ex nobis addamus, si quæ de Sclavicis villis eidem Ecclesiæ pertinentibus à Christianis cultæ fuerint, decimas earum huic Ecclesiæ promittimus & insuper decimas de novalibus in Insulis Albiæ à *Horeburg* usque *Ameneberge*, & telonium villæ & pontis in *Ullosheim*, ob amorem Dei, pro remedio animæ nostræ, Fratribus ejusdem Ecclesiæ concedimus. Ne ergo suprà dictæ decimæ, vel aliæ possessiones ejusdem Ecclesiæ, quas vel nunc largitione Regum, concessione Pontificum, seu donatione quorumlibet fidelium, justè possidet, vel inposterum acquirere poterit, ab aliquo auferantur, vel imminuantur, vel quôcunque modô injustè alienentur, sub obtestatione divini Nominis & sub anathemate, ex officii nostri auctoritate, interdicimus. Cunctis autem

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [104] - 90

tem ista servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis accipiant, & apud districtum Judicem præmia æterna inveniant. Hanc autem paginam nostræ auctoritatis, ad confirmationem omnium suprà dictorum, sigillô nostrô corroboravimus, & eam per manum dilecti fratris nostri *Sigfridi*, ejusdem Ecclesiæ Abbatis, & Fratrum, qui cum ipso à Corbeiensi cœnobio ad commorandum missi sunt, videlicet *Henrici*, *Hildeboldi*, *Sigefridi*, tàm ipsis quàm omnibus fratribus in monastica professione succedentibus, contradimus. Actum *Barduvvich* anno Dominicæ Incarnationis M. C. XLII. Indict. V. Pontificatûs Domini Thietmari XVI.

§. V. Vidi membranulam ipsius fortè *Marquardi*, Abbatis Corbeiensis, manû scriptam, quæ ita: *Ad perpetuam memoriam* Hildelinus, *frater noster de Sigeistêen, cum dilecto* Wyndolfo *meo de Padtberg & cum aliis Fratribus è terra S. Viti Pegavium profectus, ut novam ibi plantet Ecclesiam in Dei nomine feliciter Amen.* Sigfried *à Plözke cum* Henrico *à Horsdemar, Hilleboldo à Mevelrode, &* Sifridu *de Brakel & alii è Corbeia iverunt* Ulleſſen *in pago Barduvvich* &c. *Primus reformati cœnobii Rector, seu Prælatus erat Sigfridus à Plœzke.* Potentiam horum Comitum vel inde colliges, quòd vocentur aliquando *Marchiones.* Sic enim chronicon *Montis Sereni*: (o) Conradus Marchio de *Plözke* in Italiam cum Rege pergens sagittâ transfigitur, cujus corpus in patriam delatum sepultum est Kakelinge cum parentibus suis. In magno illo comitatu, quem, suadente S. Bernhardo, Conradus Imp. contra Turcas & Saracenos fecit, alios inter numerantur Comites de *Ploez.* (p) Anno MCXXXIX Conradus I. Dynasta Querfurtensis, Archi-Episcopus Magdeburgensis, auxilio Principum sibi faventium castrum Bernardi Comitis *Plœzke* obsedit, cepit & destruxit. (q) Helfridus & Hermannus Fratres, Domini à *Plœzke*, erant Burggravii Magdeburgici anno MCXVII. (r) Libellus de fundatione Monasterii Bigaugiensis ita: (s) Hanc suscepit (Abbatiam Oldenslebiensem) Abbas *VVyndolfus* reformandam. Sed pertæsus impetravit à Corbeia Dominum *Hildelinum* in Abbatem, qui cum eo dudum fuerat missus Prior ad Bigaugiam. Hic pro tempore præfuit ibidem utiliter, & obiit in Hierosolymitana profectione sub Conrado Cæsare in Comitato Bernardi Comitis de *Plozeka*. *Horstmar*

Fratres Vlesheminum missi.

Plözke

 arx &

(o) *ad ann.* 1133. (p) *chron. Engelhus. p.* 228. (q) *chron. Lauterberg. ad h. ann.* (r) *chron. Saxon. Spangenberg. c.* 220. (s) *ad annum* 1110.

arx & oppidum in diœceſi Monaſteriēſi, tribus milliaribus à Metropoli. comitesinter olim erant hiDomini, & ajūt nonnulli, civitates *Cosfeldiam*, *Borcken*, *Metelen* & *Bilderbeccium* iis fuiſſe ſubditas, quod Nos intactum relinquimus. At nobiles inter refertur ille *Bernhardus de Horſtemer*, (t) & idem fortè eſt, quem *Northofius* (u) *ſtrenuos* inter *milites* prædicat, ſed corrupté *Horſtmal* vocat. Rigordus Gallus *Horſtemalo*. (vv) Nunc dominium in amplæ Præfecturæ formam redactum, *Mevelroda*, ſeu *Melveroda*, adhuc inſignis pagus hujus nominis propè Brunſuicum. Bruno Papa (quo de jam fabamur) erat Dominus à *Melverode*, (x) & Bruno (Henrici F.) tenuit *Melverode* & Hogevvorde, dictusque eſt *Marchio*. (y) Joannem Comitem in *Brakehel* teſtes inter reperi annô MCCXXX. Erneſtum de *Brackle* annô MCCXXXIV. Nobiles & opulentos fuiſſe, multa teſtantur documenta. Fortè *Brachelia*, agri Padebornenſis oppidum, quo de *Gobelinus*, (z) ad eos pertinuit, ſicque fuiſſent Domini in *Hinneburg*. Quod caſtrum cum urbe ad *Eberſteinios* (num jure hereditatis ſeu connubii?) pervenit, & annô MCCL. dimidiam partem caſtri *Aſſenburgiis* oppignorârunt. Refert autem *Hamelmannus*, (a) cœnobium *Hereſienſe* etiam aliquid juris ſibi vendicare in utrumque locum. De *Barduvvich* legi merentur Commentarii Celebertimorum Hiſtoricorum *Henrici Meibomii* ſenioris, (b) & D. *Casp. Sagittarii*, Prof. Jenenſis, qui poſterior tamen locupletior eſt. Ceteros inter, quorum membranula meminit, erat quoque *Luidolfus VVittporch*. Num ex gente *VVittenburgica* fuerit, neſcio. Nicolaum Comitem de *VVittenburgo* ſiſtit *Kranz*. (c) & arcem hujus nominis dabit Idem, (d) Erat quoque cœnobium Diœceſis Hildeſienſis non procul ab arce *Poppenburg* in monte conſpicuum Wittburg/ quod ultimus hujus familiæ condidit, mutatô caſtrô in clauſtrum, & in quo ipſe comes ſepultus dicitur, teſte *Hamelmanno*. (e)

Mevelrode,

Brackel,

VVittburg.

DISSER-

(t) *chron. Slavor. L. V. c.* 3. (u) *in chron. Marcano ad ann.* 1212. (vv) *Conf. not. Meibom. ad h. l.* (x) *chron. Saxon. ad ann.* 984. (y) *Kranz. L. IV. Saxon. c.* 27. (z) *stat. VI. c.* 92. (a) *de familiis emort.* (b) *Vid. T. III. rerum Germanicar. p.* 55. *ſeqq.* (c) *L. VIII. Vandal. c.* 11. (d) *c.* 23. *Adde chron. Slavor. L. VI. c.* 13. (e) *lib. jam. citato.*

DISSERTATIO X.
DE
FUNDATIONE ET DOTATIONE COENOBII IN VALLE GEORGIANA,
DIOECESIS (OLIM) MOGUNTINENSIS, COETUS CISTERCIENSIS.

§. I.

fata Everhardi ert

origo monasterii

EVerhardus, Comes de *Altena*, generosus Martis pullus, ex acie domum reversus, vitâ antè gestâ scrupulosè examinatâ, omnium vanitatum pertesus, more seculi, pro expiandis delictis ad limina Petrina & Paulina, ad ædem Jacobæam, fanumque Ægidianum ambulabat. Tandem cum filio perdito, ob remedium animæ suæ, in villa monasterio *Morimundensi* subdita porcos pavit. Accidit autem, ut duo nobiles ex ejus ditione locum istū aliquándo transituri in bivio starent, nec, quò eundum foret, exputare quirent. Præmittunt ergo famulum, qui in vicinia ductorem indicemvè itineris conquireret. Hic eminus fortè conspiciens subulcum cum grege in colliculo stantem, accedit, statimque ex cicatrice in facie Everhardi Comitem suum agnoscit. Narranti talia nulla habebatur fides. Propiùs verò Equites venientes & fantes cum illo rem ita se habere, magnâ animi lætitiâ percipiunt. Famâ novellarum ad Abbatem Morimundensem ociùs perlatâ, causam hujusmodi mutationis indagat ille. *Everhardus* & peregrinantes cuncta recensent prolixiùs. Ita deductus ille in cœnobium, & inter Fratres reformationis *Cistercienſis* receptus religiosissimè vixit, nulli molestus, omnibus carus. Volens autem germina instituti sui etiam in Thuringiam plantare, cum licentiâ Superiorum venit primò ad fratrem *Adolfum*, eumque monet movetque, ut castrum *Aldenbergense* in cœnobium hujusmodi congregationis converteret; mox easdem meditationes consanguineo suo *Sizoni*, Comiti *Kevernbergico*,

gico, & *Giselæ*, conjugi ejus, ſuggeſſit, nec ſine optato ſucceſſu.

§. II. Si *Gervicus* Dynaſta Wolmundſteinenſis, operâ *Theobaldi* Marchionis Vochburgenſis, circa annum MCXXXIII. nobile monaſterium *Waldſaſſenſe* fundâſſet, *primosque* ſtructuræ ſuæ *lapides & fundamenta religionis* ex Volckenrodano petiiſſet, (f) utique non annô MCXXXVIII. hoc conditum fuerit, (g) ſed potius circa annum MCXXX. (h) Quid verò *Siffrid. Presbyter*? (i) *Abbas*, inquit, Ordinis Ciſtercienſis in *monaſterio*, *quod* Volcoroda *dicitur*, *ſitum in Thuringia*, *trium Virginum corpora de Colonia Agrippina tranſtulit*, *effoſſa terra per Thymonem quendam*, *quæ illi erant in ſomnis monſtrata*. Hanc narratiunculam retulit ille ad annum CCCCLVIII. Placuit ergò *Sizoni* reformatus hic Ordo, cujus inſignia ſpecimina *Volckenrodæ* viderat, vovitque, in Valle Georgiana ſimilem condere congregationem. *Everhardus* gaudii plenus ad Prælatum ſuum revertitur, bona nova ei nunciaturus. Adductis ergò *Morimundo* (quod monaſterium in Gallia eſt Diœceſis *Lingonenſis*, fundatum annô MCXIV.) *probabilis vitæ* tam monachis quàm converſis, *Virum admodum religioſum & boni teſtimonii* ipſum *Everhardum* Abbatem conſtituerunt. (k) Ita *Zizo* cum conjuge ſua *Gizella* Deo, à quo cuncta bona procedunt, gratias ex ſolventes locum ipſum cum conſenſu filiorum ſuorum *Henrici* & *Gunteri*, aliorumque legitimorum heredum; Jeſu Chriſto, ejusque Sanctiſſimæ Genitrici Mariæ, *Sanctoque Gregorio* Martyri & B. Benedicto in *odorem ſuavitatis obtulerunt*, confirmante hæc omnia *Henrico* I. Archi-Epiſcopo Moguntinenſi, cujus proverbium erat: *fui dives Canonicus*, *pauper Præpoſitus*, *mendicus Epiſcopus*. (l)

Waldſaſſen

Volcoroda

Sizo.

§. III. *Sizzo* iſte ſeu *Sizo*, *Zizo*, *Sinſo*, *Sinzo*, *Siſſo* & *Sighardus*, Sittich/ Comes Kefernbergicus, vixit ſub Conrado III. Imp. Uxor ejus *Giſela*, *Giſella*, *Gizella*, Gieſell/ ex qua ſuſtulit *Henricum* & *Günterum*. Laudat hunc *Sigehardum* de *Kerffesberg*, ceu fundatorem Eccleſiæ Numburgenſis, *Paul. Langius*. (m) Adhuc in æde cathedrali ibidem videtur ſtatua ejus grandævum repræſentans Virum, ſiniſtrâ

(f) *Bucelin. German. ſacr. P. II. p. 90. ſeq.* (g) *hiſt. de Landgrav. Thuring. apud Piſtor. c. 18.* (h) *Bang. in chron. Thuring. ad h. ann.* (i) *L. I. epitom.* (k) *Levold. Northof. in chron. Marcano.* (l) *Bucelin. in catalog. Epiſcopor. Mogunt. Northof. l. c.* [m] *chron. Citiz. p. 771.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [108] - 94

ſiniſtrâ manû clypeum præferentem. In area clypei flavus depictus eſt leo cum inſcriptione in margine clypei dextro:

SIZZO COMES DO: i.e. Doringiæ. (n)

Alibi reperi hanc:

SIZ C. DE DORIG i.e. Sizo Comes de Doringia.

Meritò igitur inter Principes benefactores hujus ædis refertur. Arx, quæ Comitibus nomen dedit, vicina eſt *Arnſtadio*. Ultimus eorum fuit *Günterus* Junioris filius, ſeu nepos. Is ductâ *Mechtildâ* Mansfeldiâ, Burchardi F. (*P. Albinus* (o) cœlibem eum extinctum credit,) anno 1379. cùm ſterile matrimonium haberet, totum ſe religioſis negotiis mancipavit. Quinquenniô pòſt (annô 1384.) devotionis ergò Hieroſolymam profectus eſt: quâ ad montem *S. Catharinæ* properans defecit in via. Cadaver ejus in Thuringiam relatum cubat, unà cum armis & inſignibus ſuis gentilitiis, (quæ erant leo coronatus flavus, capite & collo inverſo ſtans in campo cœruleo,) *in valle Georgiana*. Sic omnis ditio *Keferbergica* ad Balthaſarum, Thuringiæ Landgravium, devoluta eſt. Plura de nobiliſſima hac gente collegit induſtrius *Meibomius*, (p) expuncto è catalogo *Kefernburgenſium* Ludolfo, Alberti & Wilbrandi, Archi Epiſcoporum Magdeburgenſium, fratre, quos omnes *Hallermundis* ſuis reſtituit, ut nec *Kranzius* (q) nec *Bucelinus* (r) Albertum ex *Kirchbergicis* noſtris amplius derivaverit. *Kefernburg* *error*

§. IV. Conditum igitur cœnobium hoc dicitur annô MCXL. (ſ), MCXLVII. (t) MCL. (u) imo MCLII. ſecundum *Bucelinum*, (vv) qui etiam inſtituti Benedictini facit. Certiora docebunt ipſæ tabulæ Præſulis Mogontini

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Heinricus* gratiâ Dei Mogontienſis Eccleſiæ Archi-Epiſcopus. Omnibus quidem ratione caritatis debitores ſumus, ſed quia juxta petitionem Sponſæ in Canticis, ordinanda eſt ipſa caritas, pronioris animi circa eos eſſe debemus, quos divina gratia noſtræ humilitatis ſollicitudini ac tutelæ commiſit. *confirmatio fundationis*

(n) *Vid. D. Caſp. Sagittar. coroll. ad hiſt. Epiſcop. Numburg.* (o) *chron. Misnens tit XV. p. 202* [p] *in not. ad Levold. Northof. chron. Marcan.* [q] *L. VII. Metrop. c. 35.* [r] *German. ſacr. P. I. p. 40. a.* [ſ] *Sifrid. Presbyt. L. Epitom.* [t] *hiſt. de Landgrav. Thuring. c. 18.* [u] *Bang. chron. Thuring. p. 59. a.* (vv) *German. ſacr. & profan. P. II. p. 38. a.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [109] - 95

commisit. Omnibus itaque notum esse volumus tàm præsentibus, quam futuris Christi & Ecclesiæ fidelibus, qualiter Vir Nobilis & industrius *Sizzo*, Comes de *Keverenbergh*, unà cum conjuge sua *Gisila*, divinô acti spiritû, in loco possessionis suæ, qui Valiis *S. Georgii* nuncupatur, cœnobium construere, & vitam monasticam instituere cupientes, nostrum super hoc consilium expetierint & auxilium. Nos ergò pio faventes proposito, & felicibus adspirantes initiis, religiosis Viris tàm Abbatibus, quàm Præpositis desiderium eorum patefecimus, ex communi eorum consilio Cistercienſium ordinem elegerunt, in quo cùm mundi hujus contemtu voluntaria paupertas principatur, in quo cum humilitate & obedientia caritas dominatur. Adductis itaque de *Morimundo* probabilis vitæ tàm Monachis quàm conversis, Virum admodùm Religiosum ac boni testimonii nomine *Eberhardum*, memorati Comitis cognatum, unà cum voto pariqúe eorundem Fratrum consensu, in Patrem spiritualem electum in Abbatem per Pontificalem benedictionem promovimus. Proinde præfatus Comes *Sizzo*, cum conjuge sua *Gisila*, Deo, à quo bona cuncta procedunt, gratias exsolventes, locum ipsum, consensû Filiorum suorum *Heinrici* & *Günteri*, & legitimorum heredum omnium, Jesu Christo Ejusque Sanctissimæ Genitrici Mariæ, Sanctoque *Georgio* Martyri & B. Benedicto in odore suavitatis obtulerunt; Nos quoque invocato nomine Domini, initiati inibi facti Ordinis tenorem nostrâ Pontificali auctoritate confirmantes, incommutabiliter statuimus, ut à modo & per futura tempora ipse liber & devotus secundùm Cistercienſium Fratrum observantias permaneat, nulliusque terrenæ personæ potestati vel dominio subditus fiat, & nullùm penitus tàm Nobis, quàm successoribus nostris seculare servitium debeat. Verùm quia jam dictus Comes negotiis secularibus implicitus militare Deo pro voto suo non potuit, cœnobium hoc illi construxit, quatenus qui in hoc illi tabernaculo deserviunt, sine intermissione Dominum pro ipso interpellent, ut sicut hic eos abscondit in tabernaculo suo in die malorum: ita non immemores ipsius recipiant eum in æterna tabernacula in die bonorum suorum. Sunt autem hæc, quæ ex nomine loco illi contulit, & potestativa manu, quo ea jure possedit ei absque omni refragatione delegavit. *Houvverith* cum terminis suis usque *Hirtzberg* versùs orientem, usque *Schonouvve*, (Schönau) versùs

versùs ſeptentrionem, uſque *Sundere* versùs meridiem, ſylvoſos duos montes ad ſe pertinentes habens versùs occidentem. Item: *Aſolveroth* (i. e. mons vallis Georgianæ) cum omnibus pertinentiis ſuis, campis, pratis, cultis & incultis, cum tota ſylva, *Louba* dicta, ſcilicet à porta cimiterii villæ, quæ dicitur *Altenberg*, per viam quæ ducit ad flumen *Linæ* ad ſiniſtram: dein per aſcenſum ejusdem fluminis versùs occidentem ad callem, qui ducit ad arborem *Ahorn*: inde ad plateam, de platea uſque *Eberhartsbrüggen*, dein uſque *Wilcheresrodre*, dein *Franckenſtig*, per ipſum callem ad fluvium *Aphilſte*, deinde per deſcenſum uſque *Schvvanehildfurt*, inde ad rivum *Hagenbach*, inde versùs orientem per callem, qui ducit *Rekkers*, cum toto fundo *Hopfgart*; inde ad plateam per aſcenſum plateæ ad *Hagen*, per aſcenſum rivuli uſque *Warnungesbrüggen*, inde uſque ad præfatam portam cimiterii villæ *Alternbergh*. *Herrinhof* quoque prædium cum omnibus pertinentiis ſuis dimidium. *Herd* quoque cum omnibus, quæ ad *ipſum* pertinebant. Ut autem hæc pretioſo Martyri B. *Georgio* delegata, uſui pauperum Chriſti tanto perennius profutura & inconcuſſa permaneant, ſæpe dictus Comes *Sinzzo*, annuente piâ conjuge ſuâ *Giſila* Comitiſſâ, conniventibus quoque filiis *Heinrico* & *Güntero*, conſtituit, & Nos, ipſorum petitione, auctoritate noſtrâ ſtatuimus, ut prædictum cœnobium cum pertinentiis ſuis & aliis omnibus, modò traditis & adhuc tradendis, ſub B. *Martini* mundiburdio & Mogontini Pontificis tutela ſecurum ſemper ſtabiliatur & defendatur, ſi fortè quiſpiam quorumcunque homo perſonarum, quod abſit, ſtatutum hoc ullo ingenio aut legum argumento infirmare vel infringere præſumſerit. Hujus rei ſanctionem ratam in perpetuum & inconvulſam eſſe præſentis privilegii noſtri pagina ſtatutum, & ſub invocatione Sanctæ & Individuæ Trinitatis, ſub auctoritate SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, ſub judiciaria omnium Sanctorum diſtrictione, ſub Domini Apoſtolici noſtroque Pontificali banno, ſub intimatione perpetui anathematis, & illius tremendi examinis confirmavimus, & hæc ſcripta ſigilli noſtri impreſſione ſignavimus. Hæc autem ſunt nomina Eorum, quorum teſtimoniô confirmata eſt hæc actio.

Burchardus, Argentinenſis Epiſcopus.
Bucco, Wormatienſis Epiſcopus.

Anshelmus, Havelbergenſis Epiſcopus.
Hartmannus, Maj. Eccleſiæ Decanus, & S. Stephani Præpoſitus,
Heinricus, Maj. Eccleſiæ Cuſtos & S. Mariæ in Erpesphort Præpoſitus.
Gerlachus, Præpoſitus S. Victoris.
Arnoldus, Præpoſitus & Camerarius,
Gottboldus, Fritzlarienſis Præpoſitus.
Gozbertus, Cantor & S. Joannis Baptiſtæ Præpoſitus.
Magiſter *Willehelmus*,
Ludvvicus, Gangolfi Præpoſitus.
Adelhardus, Præpoſitus S. Severi.
Capellani *Gottfridus*, *Counradus*, *Giſelbertus*.
VVernherus, Abbas de monte S. Petri in Erpesphort,
Cuno, Abbas S. Diſiboti,
Heinricus, electus S. Jacobi.
Regulares Præpoſiti, *Antonius* de Elfſtadt, *Ehrenfridus* de Winckele, *Guntherus* de Lupoldisbergh,
Comites: *Emicho* de Liningen,
Sizzo Comes de Kevernberg,
Counradus de Kirchberg,
Tammo de Hagenouwa,
VViggerus & frater ejus.
Godefridus de Hoſte,
Retherus de VVerde,
Dudo de Ruſterberg, urbis Præfectus.
Follradus & Sigfridus de Cranechfeld;
Miniſteriales: Embricho Ringravius
Dudo & frater ejus Megingor,
Ruthardus Vice-Dominus,
Dudo Scultetus,
Counradus de Geismare & alii quàmplures.

Facta ſunt hæc annô Domin. Incarnation. MCXL. Indictione VI. regnante Glorioſo Rege Counrado hujus nominis II. Datum Mogontiæ XIII. Kal. April. per manum Sigelogi Notarii feliciter Amen.

S. Georgius. §. V. Cùm in honorē *Georgii* Martyris ſtructum ſit cœnobium, juſtum

juſtum erit paucula de eo ſubtexere. Sunt, qui nunquam eum extitiſſe, alii Arianum fuiſſe contendunt. Certè imaginem illam, quâ draconem transfigere depingitur, *Cæſar Baronius* pro ſymbolica habet, inquiens: (x) *Pictura illa* S. Georgii, *quâ effingitur eques armatus, qui haſtæ cuſpide draconem interfecit, juxta quam etiam Virgo poſita manus ſupplices tendens implorat auxilium, ſymboli potius quàm hiſtoriæ alicujus opinor eſſe expreſſam imaginem. In nullis enim, quæ recenſuimus,* S. Georgî *actis antiquis quicquam ejusmodi legitur. Sed à* Jacobo de Voragine, *absque aliqua Majorum auctoritate, ea ad hiſtoriam referuntur. Quæ potius in virgine illa typum exprimunt (more majorum)* Provinciæ, *ſeu* civitatis *alicujus, quæ adversùs diaboli vires tanti Martyris imploret auxilium.* *emblematicus.*

Narratio de ea hæc eſt: Jacuit ingens draco in Lybia ante civitatem *Sileam*, juxta ſtagnum, qui ſæpe populum contra ſe armatum in fugam converterat, & quàmplurimos accedens ad civitatis muros halitu ſuô infecerat & necuerat. Cives urgente neceſſitate duas quotidie oves ei projiciebant, ut in ſuo latibulo quieſceret. Deficientibus verò ovibus concluſum eſt, ut una poſthac ei detur cum adjuncto homine, quemcunque ſors tetigiſſet. Calculi cadunt in Regis filiam unicam. Educta igitur ad beſtiam planctus inter lachrymasque. Quàm cùm *Georgius* fortè tranſiens vidiſſet, bono eam animo eſſe juſſit, ſe enim eam ab omni periculo redemturum. Draco verò irâ commotus advolat, equitem cum puella voraturus. Quem *Georgius* cataphractus haſtâ ſuâ transfodit. (y) Quid verò Autor *hiſt. de Landgrav. Thuring.* (z) de *vexillo Georgiano* in Miſniam delato, & per feneſtram ad orientem evolante blaterat? Ingenioſum *emblema* eſt Chriſtianorum Magiſtratuum, qui draconem, omnis generis hoſtilitates, inquietudines, difficultates & pericula forti & infracto animo ſupprimere & averruncare debeant. (a) γεωργὸς agricola. Talis ſit bonus Princeps. Veteres enim *virum bonum* cum laudabant, *bonum agricolam bonumque colonum:* ampliſſimè laudari exiſtimabant, qui ita laudabatur, inſit ex *Plinio* (b) M. Porcius Cato (c) Omnium enim rerum, ex quibus aliquid exquiritur, *nihil eſt agri-* *Narratio de Eo,* *fabula.*

 cultura

(x) *in matyrologio ad XXIII. April.* (y) *Manlius ad XXIII. April.* [z] *c. 28.* [a] *D. Thulemar. de ordin. Equitum S. Georg. theſ. 13. & Manlius l. c.* [b] *L. XVIII. c. 3.* [c] *libro de re ruſtica ad filium c. p.*

cultura melius, nihil uberius, nihil libero homine dignius. (d) Quid utilius, quid jucundius omni ordini, sexui aut ætati, quàm jubilum istud Davidicum? (e) ô ter felix quaterque semper beatus, qui ita modulari potest!

DISSERTATIO. XI.
DE
MONASTERIO VIRGINUM BENEDICTINARUM
KEMINADENSI,
DIOECESIS (olim) MINDENSIS.

§. I.

CRediderat *Cyriacus Spangenbergius*, (f) aliàs rerum Germanicarum haud ignarus & industrius Vir, *Brunonem Salinglebium*, Episcopum, Episcopum Mindensem. XV. annô MXLVI. hoc cœnobium condidisse & consecrâsse. Posterius etiam *Kranzius* (g) & *Hamelmann.* (h) asserunt. Contrarium verò me docent literæ dotationis hujus Ecclesiæ, confirmante eas *Conrado II.* Invictissimo Rege Merseburgi, recognoscente easdem *Oldalrico* Cancellario, vice *Arbonis* Archicapellani, annô MXXIV. Indict. VII. VI. id. Febr. ubi expressè mentio fit *Frederunæ* Abbatissæ, ejusque sororis *Immæ* Comitissæ, quæ, adjuvante *Gerone* Comite, id construxêre monasterium, dantes eidem omnem hereditatem suam. Etenim dicto annô *Conradus* monasterium hoc in mundiburgium suscepit, & quidem petitione *Sigeberti*, Episcopi Mindensis, qui annô MXXXVI. decessit. Falsa itaque *Spangenbergii* assertio. Quid? quod annô MIV. *Henricus* Imp. idem in protectionem suscepit Magdeburgi; Cujus vestigiis inhæsêre *Henricus II.* annô MXVI. Goslariæ, & *Henricus III.* anno M. XXXIX.

(d) *Cicero L. I. offic. p. m.* 146. (e) *Psalm. LXV.* 10. *seqq.* (f) *L. I. chron. Schaumb. c.* 4. [g] *L. IV. Metrop. c.* 21. [h] *L. I. chron. Mindens.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [114] - 100

M. XXXIX. ibidem. *Joan. Lezner* [i] ſcribit: *Waſmutum ab Hagen* annô MCCCCXXVIII. fuiſſe Præpoſitum Cathedralis Eccleſiæ *Kaminadenſis*, & tamen alibi [k] eum facit Proviſorem Corbeienſem, & Advocatum monaſterii Kaminadenſis.


§. II. Diximus de *Salinglebio*. Notandum, circa annum 980. primarium quendam nobilem fuiſſe in Diœceſi Mindenſi, non ex familia *Salinglebiana*, ut *Kranz.* (l) *Chytræus* (m) *Spangenberg*, (n) aliique volunt, ſed *Santerslebiana*, ſecundùm *Hermannum Lerbeccium* (o) & *Erdvvinum Erdmannum*, (p) quêis adſtipulatur Cl. *Meibomius*. [q] *Salinglebii* nomen habent à *Salingis*, ſeu Saliis, i. e. Francis orientalibus ad Salam habitantibus. Ex *Santerslebiis* verò in hac Diœceſi [Mindenſi] cumprimis duo celebres erant *Bruno* & *Adolfus*. Ille, factus *Conradi* II. Imp. Cancellarius, poſtea Epiſcopus Mindenſis. Hunc Virum *ſtrenuum*, *fidelem atque prudentem* idem Cæſar, ob res benè geſtas, Mindæ fecit & renunciavit Equitem auratum. Hujus conſiliô & induſtriâ crebrius feliciter utebatur *Sigebertus* Antiſtes, cujus Camerarius erat. Itaque in præmium laboris multa ei contulit bona, præſertim montem, quem adhuc *ab urticis* vocant den Nettelberg/ in quo, conſentiente Epiſcopo, caſtrum *ſpeculationis* [Schauenburg/] conditum eſt. Oriuntur ergo *Schaumburgici* Comites non à *Salinglebiis*, ſed *Santerslebiis* ex Archi-Epiſcopatu Magdeburgenſi. Hi verò à Comitibus *VValbeccenſibus* ad ripam Aleræ. [r] *Salinglebii & Santerslebii*

§. III. Sed ſubjungemus literas Conradinas.

In nomine S. & Individuæ Trinitatis. *Conradus* Dei donante gratiâ Rex. Omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorumque fidelium, præſentium ac futurorum, comperiat univerſitas, qualiter Domina *Friederuna*, Venerabilis Abbatiſſa, ejusque ſoror *Imma* Comitiſſa, *Gerone* Comite adjuvante, conſtruxerunt quoddam monaſterium in villa, *Keminada* dicta, in pago *Tilichi*, in comitatu *Burcardi* [ſ] *litera Conradina*,

(i) *L. IV. chron. Daſſel. c. 32. p. 180.* (k) *in hiſt. Ludov. Pii edit ſec. c. 48. p. 197.* (l) *L. VIII. Saxon c. 26. & L. III. Metrop. c 47* (m) *L. II. chron. Saxon. p. 73. & L. III. p. 87.* (n) *loc. cit.* (o) *in chron. Schauenburg. c p.* (p) *in chron. Osnabr. p. 206. Tom. II. rer. Germ. Meibom.* (q) *in not. ad chron. Lerbecc. p 521. T. II. Meibomian. & in chron VValbeccenſ. p. 9.* (r) *idem ad chron. Schauenburg. c. p. & ad Gobelin, coſmodr. æt. VI. c. 53. p. 361.* (ſ) *duæ copiæ legunt. Bernardi,*

Ducis ſitum, in honorem Dei Genitricis S. Mariæ Virginis dedicatum, ad quod omnem hereditatem ſuam, curtes ſcilicet ac villas infrà nominatas, *Keminada*, *Heigen*, *Hogen*, *Barigi*, *Tunderimi*, *Othere*, *VVarſtan*, *Rothe*, *Bardevvich*, *Hotmaneſſim*, *VVittorp*, *Britingi*, *Biangibudiburg*, *Addaneſtorp*, *Haterbike*, *Bodenhuſen*, *Suterburg*, *Clomkey*, *VVigmannesburg*, *Stæl*, *Bendeſtorp*. *VVitila*, *VValterſidi*, *Kokerbike*, *Holana*, *Aunſetila*, *Hepſtidi*, *Sungal* gratiſſimâ voluntate tradidetunt. Unde noſtram Majeſtatem Regiam aggreſſæ ſupplices rogaverunt, ut ipſum monaſterium in noſtro mundiburgio ſuſciperemus, quod Nos petitione *Gislæ* ſcilicet Reginæ, dilectiſſimæ conjugis noſtræ, & interventu *Sigeberti*, Mindonenſis Epiſcopi, feciſſe cognoſcat univerſitas fidelium. Ad hoc ſtatuimus, & ejusdem monaſterii Abbatiſſæ talis libertatis, legis ac regulæ primatu fruantur, quali ceteræ Sanctimoniales in regno noſtro ſub regula S. Benedicti juſtè viventes utuntur. [t] Inſuper concedimus eidem Abbatiæ, ut nullus Marchio, nullus Comes, nullaque noſtri Imperii magna vel parva perſona in ea placitum facere, vel publicam functionem exigere præſumat, niſi advocatus, quem Abbatiſſa, quæ tunc temporis fuerit, cum Sanctimonialium conſenſu, eligere voluerit. In obitu verò Abbatiſſæ ejusdem Monaſterii liberum habeant arbitrium aliam eligendi juxta regulam Sancti Benedicti. Et ut hujus noſtræ auctoritatis privilegium perſeveret, hanc paginam manu propriâ roborantes ſigillô noſtrô juſſimus inſigniri.



Signum Domini Conradi Regis Invictiſſimi. Odalricus Cancellarius, vice Arbonis Archi-Capellani recognovi, Anno Dominicæ Incarnationis MXXIV. Indict. VII. VI. Id Febr. Data eſt in Merſepurg, annô Dòmini Conradi II. Regnantis primô.

§. IV.

(t) Henricus II. *ita: Unde noſtram Regalem aggreſſæ Majeſtatem ſupplices rogaverunt, ut ipſum monaſterium in noſtro mundiburgio ſuſciperemus, talique libertatis ac legis primatum concederemus, qualem* Gandesheim, Quitilinburg, Hervivilli *tenere videntur.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [116] - 102

§. IV. *Cors*, seu *chors*, idem est ac *cohors*, villa, in qua greges pecorum aluntur. *Regiæ cortes* erant villæ ab Imperatore Romano in feudum datæ cum pertinentiis suis, agris, pascuis, aquis, piscationibus, vineis &c. [u] Curtis regia *Northusun*. (vv) *Clismus* in Longobardia *curtis nobilissima* dicitur, cujus sunt undecim millia mansuum in uno villo [Landwehr] comprehensa. [x] *Curtis Ducis*, i. e. curia Ducis, num à cohorte? *curtis nobilis* ein Juncferhof. Erant igitur curtes majores & minores. *Curtillum*, curtis curia, significat habitaculum rusticum cum aquis & possessionibus. Sumitur etiam curtis *pro placito*, seu *domo judicii*. Quapropter in illa parte Saxoniæ *Trutmannum*, *Virum illustrem*, ibidem ordinamus, ut resideat *in curte* ad campos in *mallo publico*, [in öffentlicher Mahlstadt /] ad universorum causas audiendas, ait *Karolus M.* in præcepto pro *Trutmanno* dato 789. & *Ludovicus Germanicus* in annunciatione apud Confluentes anno 860. cap. 6. *unusquisque infra patriam cum pace & fine oppressione pauperum & circumjacentium consistat, & in hostem, vel ad placitum, sive ad* curtem *veniens*. *Placitum* propriè est, quod de re in multorum consilio quæsita & deliberata tandem inter ipsos convenit. *Placita* Philosophorum apud Ciceronem, & *placita* Medicorum, [y] *placita* Majorum. [z] Hoc autem loco & ubivis ferè apud mediæ ætatis scriptores *placitum* est conventus publicus, solenne concilium, comitia. (a) Inde *placitare*, i. e. disceptare, litigare in foro, judicio experiri. Ita Karolus M. in donatione monasterii Ulmensis: *si advocatus*, ait, in *prædicta villa* placitare *voluerit, ut non pluribus quàm triginta equis ad* placitandum *veniat*. Conradus III. Dapiferos & Pincernas Corb. ejecturus dicit anno MCL. indict. XIII. ita: *Hâc autem potestate præfatus* Rabono *in tantum usus fuit, ut eam vulgari nomine appellarent* Burckbahn *& secundum morem alicujus magnæ* potestatis *sæpe infra muros* placitaret. *Et hujusmodi* placita **Burckding** *appellabat. Fratrem verò illum & laicum, contra ordinationem priori die factam, in possessiones Ecclesiæ præmittens, hominibus* placitum, *quod vulgari verbo* gedinck *dicitur, jussit indicere,*

curtes,

Placitum,

(u *vid. Ioach. Vadian. COS. Sangallens. in epist. de obscur. Alemann. verb. significat. ad H. Bullinger Meibom not. in diplom. Thassilon. Bangert. not. ad Helmold. L. I. c.* 14. (vv) *Lamb. Schafnab. p. m.* 226. (x) *chron. Guelfic. p.* 183. (y) *Plin. L. XIV. c.* 22. (z) *idem L. XXIX c.* 1. (a) *Vid. Aimoin. L. IV.* 30. *L. V, c.* 31. *Anon. in vit. Karol. M. & Adam. Bremens. L. I. c.* 26.

indicere, quem ipse subsecutus, nullo illorum præsente, placito *præsedit. causas judicando.* (b) De *Archi-Capellanis* alibi egimus. (c) junge Doctissimum *Mallinkrottium*, (d) *Goldastum*, (e) *Bangertum*, (f) & alios.

Keminad. traditur Corb.

§. V. Cum verò, divinâ religione in hoc claustro temtâ, sorores otio & luxû diffluerent, nec Mindensis Antistes, nec alii boni Viri, eas ex veterno excitare valerent, monente *Eugenio* Papa, *Conradus* III. Imp. ob fidem & laborem, constantiamque Regi & imperio præstitam, Dilecto fideliquè suo *Wiboldo* jure hereditario tradidit, ut inibi divina religio & sacræ conversationis cultus institueretur & ritè observaretur.

litera Condina.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. *Counradus* divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex. Principalis dignitatis munificentiam decet bene de Republica merentibus præmia rependere, & per congruos honorum gradus provectos ceteris in exemplum & tanquam bonæ spei signum proponere, ut tàm hi sui laboris emolumenta sine fine mansura percipiant, quàm illi à simili mercedis gratia sese non fraudandos intelligant. Quocirca noverit omnium fidelium nostrorum tàm futuri quàm præsentis temporis industria, quod Nos propitiâ Serenitate *fidem, laborem & constantiam fidelissimi nostri, Nobisque carissimi VViboldi* Corbeiensis Abbatis, intuentes, tradidimus in perpetuum Corbeiensi monasterio, & eidem, qui nunc divinâ vocatione & communi atque concordi Fratrum electione præest, Abbati scilicet *Wiboldo*, nec non cunctis Successoribus ipsius, auctoritate in æternum valitura, monasterium feminarum, quod vocatur *Keminada*, & de nostro atque Regni jure per manum *Herimanni* Palatini Comitis de Rheno, quem ad hoc ritè parageudum assumseramus Advocatum, transegimus & firmávimus *super reliquias corporis S. Viti Martyris per aureum donationis nostræ annulum*, in potestatem & jus atque donationem Corbeiensis monasterii in manum prædicti Abbatis *VViboldi*, & *Adelberti* Marchionis de Brandenburg, qui, vice Comitis


(b) *chron. mont. Serini p. m. 176. Adde D. Sagittar. antiquit. Ducatus Thuring. L. IV. c. 3. & 17. §. 9. seqq. KVinckelmann. L. IV. notit. hist. polit. vet. VVestfal. c. 5. p. 555.* (c) *cynograph. curios. S. III. c. 9. §. 2. p. 138.* Zeitkürtzende erbauliche Lust *num. 239.* (d) *de Archi-Cancellar. L. I. p. 119.* (e) *T. II. rer. Alemannic. p. 5.* (f) *ad Helmold. L. I. c. 79. p. 177.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [118] - 104

Comitis *Herimanni de VVinzemburg*, Corbeiensis Monasterii Advocati, eandem donationem nostram, seu transactionem suscipiebat, ita videlicet, ut Corbeiense monasterium prænominatum monasterium scilicet *Keminada* cum prædiis, sylvis, & aquis, tàm foris quàm intus ad ipsum locum pertinentibus, habeat, possideat, ordinet, utatur & servet, sicut tenet sub suo regimine, jure videlicet proprietario; tres Abbatiolas, quas Fundator ejusdem novæ Corbeiæ LUOTHEWICUS Pius, Magni *Karoli* Filius, ad eandem Corbeiam contulit, scilicet *Eresburg*, nobile quondam Saxonum castrum, nec non *Meppiam* atque *Visbike*. Sanè de præfato loco neque militia, neque ullum servitium nobis aut Regno debebatur. Et eùm *Corbeiensi* monasterio tàm in militia quàm in servitio ad honorem Regni & defensionem Sanctæ Ecclesiæ dignitas collata est ex consensu Fratrum & Ministerialium ipsius Ecclesiæ statuimus, ut pro augmento præfati monasterii, quod Ecclesiæ *Corbeiensi* in perpetuam possessionem tradidimus, ad debitum Regis servitium VI. marcæ, aut servitium VI. marcarum Regno de Abbatia *Corbeiensi* persolvantur, atque hanc nostræ auctoritatis donationem ex judicio Principum Regni nostri, sicut præscriptum est, manere in perpetuum decernimus. Primam judicii-sententiam dedit *Burchardus*, Argentinensis Episcopus, quam secutus est *Adelbero*, Trevirensis Archi-Episcopus, *Anshelmus* Havelebergensis Episcopus, *Heinricus* Leodiensis Episcopus, *Sifridus* Wirzeburgensis electus: *Frithericus* Dux Sueviæ & Alsatiæ, *Herimannus* Palatinus Comes de Rheno, *Conradus* Dux de Ceringa, *Cunradus* Marchio de Witin, *Adelbertus* Marchio de Brandeburch, *Otto* filius ejus æque Marchio, *Herimannus* filius ejusdem, *Adelbertus* Marchio, *Luthevvicus* Com. Pater de Thuringia, *Herimannus* Marchio de Bada, *VVernherus* Comes de Horninga, *Heinricus* Comes de Cazzenelenbogan, *Marquardus*, *Sibodo*, Theodericus Comites de Montbeliart, & alii plures, qui tunc affuêre. Hoc quoque notum esse volumus, quòd Venerabilis Pater noster *Eugenius*, S. Romanæ Ecclesiæ Pontifex, frequenti Nos ammonitione tàm per suos, quàm per nostros Legatos hortatus est, ut monasteria feminarum, quæ nostræ ditioni & ordinationi in Regno nostro specialiter pertinent, in quibus divina religio penitus dilapsa est, regulare & reformare dignaremur. Et cum sæpè nominatum monasterium *Keminada* non tam

monaſterium, ſed omnibus præte reuntibus etiam in peccatis commune corrigi poſt multos labores non potuit, ſiquidem multis religioſis & præcipuè *Mindenſi* Epiſcopo, in cujus parochia ſitum eſt idem monaſterium, hanc operam injunxeramus, ut inibi divina religio & ſacræ converſationis cultus inſtitueretur & ritè obſervâretur. Et cùm *Corbeienſi* monaſterio vicinum eſt, tàm ad correctionem, quàm in proprietatem inibi contradidimus, nullo reclamante, niſi ſanctæ regulæ inimicus & pudicitiæ hoſtis fuerit inventus. Advocatiam verò præfati loci, id eſt, *Keminada*, & omnium prædiorum ibidem pertinentium, quam *Vir Illuſtris*, *Heinricus* Dux Saxoniæ, à Noſtra & Prædeceſſorum noſtrorum, Regum videlicet, ſeu Imperatorum manu habuerat, tradidimus jamdicto Corbeienſi monaſterio, nec non prænominato Abbati *VViboldo*, ſuisque ſucceſſoribus canonicè & regulariter ordinatis in perpetuum, ipſo Duce conſentiente & annuente, & eandem advocatiam de manu ipſius Abbatis, hominio prius ei cum juramento propter idipſum facto, ſponte & ultrò recipiente. Auctoritate verò noſtrâ Regiâ præfatæ cellæ *Kaminade* damus, ac decreto in perpetuum valituro confirmamus eandem libertatem, quam habet Corbeienſe Monaſterium, ſcilicet *Præfecturam urbis*, quæ vulgò dicitur Burchbahn / eâ videlicet privilegii ratione, ut nullus Dux, nullus Marchio, nullus Comes, nullus Advocatus poteſtatem habeat exercendi judicium in atrio prædictæ Eccleſiæ; ſed quicquid præter jus & æquum à famulis, qui tàm Abbati, quàm Congregationi obſequio quottidiano deſerviunt, commiſſum fuerit, ab Abbate, vel ab eo, cui ipſe mandaverit, corrigatur. Et ut hæc omnia rata & inconvulſa in perpetuum habeantur, præceptum hoc conſcribi & imaginis noſtræ impreſſione inſigniri juſſimus.

Signum Domini Counradi, Romanorum Regis ſecundi Invictiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heinrici Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi. Data anno Dominicæ incarnation. MCXLVII. Indictione X. annô V Domini Counradi ſecundi Regis Invictiſſimi VIII. Actum Franckenevort in Chriſto ſelicites Amen.

§. VI.

§. VI. Facit mentionem *Herimanni VVinzenburgici*, ceu Advocati monasterii Corbeiensis, cujus vices gessit *Adelbertus*, Marchio Brandenburgensis. Sed scias velim, *Hermannum* istum Comitem *Dasselienſem* fuisse, dictum *Mirabilem*, & *VVinzenburgicum*, quia plerumque apud *Hermannum* Comitem *VVinzenburgicum* affinem suum, morabatur. Audiamus enim *Leznerum*. (g) Daß aber etliche Graff **Hermann** zu Dassel für einen Grafen zu Winzenburg halten / ist irrthum. Dann dieweil sein Bruder Graf **Wilhelm** Mathildam von der Winzenburg zur Ehe genommen / und mit derselben auff dem Hundsrück gewohnet / und aber der Obgenandte Graf **Hermann** / ein wunderlicher Herr war / der sich mit Graff **Wilhelm** seinem Bruder nimmer vertragen können / hat Graff **Hermann** zur Winzenburg / der jetztgedachten **Mathilden** / Graf **Wilhelms** Gemahlin / Vater (damit sie desto bessern Frieden und Haußgemach haben möchten /) Graf **Hermann** den **Wunderlichen** Grafen zu Dassel zu sich auff die Winzenburg genommen / und in güte bey sich behalten / ihn auch nach allem seinem guten freyen Willen auff und abe ziehen / Reiten und Jagen / und alles / was ihm gelüstet / unverhindert verrichten lassen / dahero ist von vielen / sonderlich von den Unwissenden / dieser Graf **Hermann** zur Winzenburg genennet worden. Ist auch daselbst gestorben / und zum Lammspring begraben. De advocatia Keminadensi vide ipsas *Henrici* Ducis literas.

an Herimann. Advocatus VVinzenburg. Comes fuerit.

literæ Henrici Duc. Sax.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Henricus*, Dei gratiâ Dux Saxoniæ, notum esse volumus Universis Christi nostrisque fidelibus, quòd beneficium nostrum, videlicet advocatiam de monasterio *Kaminada*, & de aliis bonis ad illud Monasterium pertinentibus, in manum Domini nostri *Counradi* Romanorum Regis, spontaneâ voluntate resignavimus, ut eandem advocatiam monasterio Corbeiensi in perpetuam possessionem contraderet, hac videlicet conditionis ratione, ut prædictam advocatiam de manu Venerabilis Abbatis *VViboldi* in legitimum beneficiũ reciperemus, quod etiam ordine, quô prædictum est, tàm à Domino Rege, quàm Abbate completum est, & à Nobis observatum. Hoc autem de beneficio nostro facere propter petitionem Domini nostri Regis non abnuimus, eâ maximè de causa, quòd prædictus Venerabilis Abbas Nobisque carissimus *VViboldus* Glorioſissimo Avo nostro, Imperatori

(g) *chron. Dassel. L. 1. c. 17. p. 7.*

Lothario, diu multumque ac fideliter ſervivit, & in adminiſtratione Romani Imperii ſingulari conſtantiâ usque ad mortem adhæſit, dignumque eſt, ut, ſicut in poſſeſſionem heredes eidem Imperatori ſucceſſimus, ita retributionis circa gratos ac fideles ipſius non degeneres ſucceſſores exiſtimemur. Actum Brunſvvig annô Dominicæ incarnationis MCXLVII. Indict. X. annô verò Domini Counradi Romanorum Regis X. Teſtes verò, qui affuerunt, hi ſunt: *Bruno* Præpoſitus, *Lieuthardus*, *Bernardus*, *Anno*, *Bertholdus*, *Rikeſe*, *Baldevvinus*, *Gerhardus* & *Crembtus*. De Corbeienſi monaſterio *Adelbertus* Præpoſitus, *Conradus* Præpoſitus Kaminatenſis, *Henricus Capott*, *Heinricus* Clericus; Miniſteriales *Karolus*, *Bernardus*, *Reinhardus*, *Roderus*, *Godefridus*, *Adelhardus*, *Elverſteni*.

Caminata quid?

§. VII. *Caminata* verò (ut hoc obiter addam) camera eſt, conclave arcuatum, à græco κάμινος. (h) Cùm Confratres (i. e. Canonici Eccleſiæ cathedralis) in electione (mortuo *Hillibardo*) convenire non poſſent, Præpoſitus eſt his de capella Regis *Arnulfus* & Id. Decembr. ordinatus, ſicut ille Vir ſanctus, anteceſſor ejus, dum adhuc valeret, prædixit cunctis tunc præſentibus. *Hunc*, inquiens, *hoſpitem honorate, & quantum poteſtis, illi ſervite, providere enim debet in ſuos poſt me. Et cum idem in agone exitus ſui jaceret, vidit gloriam Domini, & vocato ad ſe* Wltario *ſuimet capellano: vides, inquit, frater aliquid? & ille, ſe nihil vidiſſe reſpondens audivit ab eo, quod* Caminata *hæc, in qua tunc jacebat, & in qua duo anteceſſores ſui obierant, divinâ Majeſtate plena fuiſſet.* (i) Otto Imperator ad *Caminatam* remeabat. (k) Nota etiam Nobilis familia de *Kemnata*, ex qua erat *Henricus I.* Abbas Fuldenſis XXX. & oppidulum Kemnat hujus nominis.

hydrops ab ovo.

§. VIII. Repetemus denique *hydropem abs ovo Modeſtæ* ſororis Keminadenſis, quæ hydropicæ diu ſimilis fruſtra curabatur ab omnibus. Venit tandem pauperculus ruſticus & pollicetur ſanitatem. Sumit illa, quæ dederat, pharmaca. At mox intolerabiles ſenſit dolores & magnas convulſiones. Quatuor abhinc horis ejecit globulum pituitoſum durum, qui accuratiùs inſpectus verum mentiebatur *ovum* figurâ & magnitudine *ferè anſerinum*. Quod fractum intolerabilem

(h) *vid. Goldaſt. T. I. rer. Alemann p.* 184. (i) *Ditmar. L. IV. chron. p.* 79. (k) *Idem L. II. p.* 22. *Conf. not. Bangert, ad L.* 1. *chron. Slav. c.* 14.

rabilem efflavit fœtorem, inque eo multi reperti sunt vermes pilosi, quos cum habitaculo suo conjecêre in Visurgim. (l)

DISSERTATIO XII.
DE
ADVOCATIA MONASTICA.

§. I.

Cùm Monachi *extra mundanarum rerum curam ad solam laudem Dei bonorumque operum actionem constituti sint*, (m) ideoque *puram & humanis cogitationibus celsiorem vitam agere debeant*, non vagari per populos, *sed eloquia divina addiscere, eademque meditari & docere*, (n) & tamen, ex liberalitate Principum, aliorumque fidelium, villas, pagos, civitates, imò ampla territoria, cum omnibus juribus & privilegiis, obtinuerint, utique nefas & religio erat, unius illius, quod necessarium est, (o) immemores, hujusmodi secularibus turbis, rixis, rebusque œconomicis sese implicare. Hinc Imperatores Regesque Romani ab ævo Karolino, ceu *supremi Advocati & Patroni Ecclesiarum*, als rechte Voigte und Schirm-Herrn der Christlichen Kirchen/ (p) piâ intentione iis dederunt *advocatos, seu Vice-Dominos*, Innocentii IV. verbô *defensores*, Edle Voigte und Schirm-Herrn/ laicos tamen & potentes Viros, Principes, Comites, aut militares, aliquando Vasallos Monasteriorum, (q) ut, *quod non prævaleret Sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc impleret per disciplinæ terrorem.* (r) *Volumus*, ait Karol. M. (l) *pro Ecclesiastico honore & illorum reverentia* Advocatos *habeant.*

Monachus quis?

Advocati Eccles.

§. II. Ita *Fridericus III.* Imp. Episcopo Herbipolensi Advocatiam

Advocatia in feudum data.

(l) *Vid. fascic. II. obs. m. Medico-Phys. Dec. II. Ephemerid Nat. Curios. ann. VI. annex. num.* 4. (m) *tot tit. X. ne Cleric. vel monach. sec negot se immisc.* (n) *Henr. Petræus Lib. de monasteriis p.* 53. (o) *Luc. X.* 42. (p) *Recess. Colonien. anno* 1512. (q) *Lehmann. Chron. Spirens* L. II. *c.* 36. (r) *Isid. de Pralat. p.* 14. *edit. Genev.* 1601. (l) *Constitut. c.* 3.

tiam monasterii Benedictini *Comburgensis*, seu *Camburgensis*, in ejus Diœcesi siti: *Karolus V.* protectionem Monasteriorum Comitatûs *VVertheimensis* Comitibus à *VVertheim* in feudum commisit: (t) & Ludovicus Pius in ipsa fundatione novæ Corbeiæ annô DCCCXXII. potentes Rugravios *Dasselenses*, Illustris Monasterii Vasallos, jure hereditario constituit fecitque nobiles Advocatos. Mansit etiam splendidum hoc officium, edle Voigt-Amt / penes Comites *Dasselenses* ab anno DCCCXXII. usque in MCCCXXVI. id est, integris DX. annis. Quêis demum extinctis, præter solum, uti crediderant, *Bernhardum III* Henricus II. Comes Woldenbergensis, Antistes Hildesiensis XXXIV. consentiente *Bernhardo* Dasselensi, ex instinctu conjugis suæ, præfati Episcopi sororis, cum qua ἄπαις vixit, ille ad se pertraxit oppidum Dassel, castrumque Hunnsrück / cum toto territorio, ab *Henrico Lützelburgico* Imp. non verò Abbate Corbeiensi, in feudum sibi datum. Quod cùm in præjudicium Corbeiæ damnumque peregrinantis *Simonis*, Bernhardi fratris, (quem mendax rumor defunctum tuletat) vergeret, utique *Simon* in patriam reversus, ægrè id ferens, unà cum Cœnobiarcha Corbeiensi *Diterico I. Dallvvitzio* fortiter restitit, Præsulemque Hildesiensem *Henricum* à quieta possessione depulit. Hinc fœdæ simultates & multæ lites Corbeiam inter ac Hildesium ob hoc feudum. *Chronicon Hildesiense MS.* ait: Antecessorem Henrici *Sifridum II.* Dynastam Qvetfurtensem, bona hæc Dasselensia emisse, ipsumque *Henricum* tantum confirmationem emtionis à Lützelburgico petiisse & obtinuisse. Idem Chronicon asserit: *Adalogum*, Episcopum Hildesiensem, Comitatum *Dasselensem* à *Salome*, Ottonis vidua, cum consensu Frider. I. Imp. emisse, eôdemque jure Comitatum *Homburgensem* acquisivisse. (u) Sed vide *Joann. Leznerum* (w) rem aliter narrantem,

inde lites,

§. III. Tandem *Simone* Dasselensi, ultimo stirpis suæ, rebus caducis exemto, successor & cognatus Henrici *Otto II.* etiam Comes VVoldenburgensis, prænominatum oppidum Dassel, cum Præfectura Hunnsrück & sylva Sollingensi, aliisque pertinentiis, in possessionem quidem recepit; at *Henricus IV. Spigelius*, Abbas XXXVIII.

lis inter Hildes. & Corb.

(t) *Mager. tr. de advocat. armat. c. 9. num. 775. seq. Erasm. Chokier de Advocatiis feudalib.* [u] *Vid. etiam Bucelin. German. sacr. P. I. pag. 18. b.* [vv] *L. I. chron. Dassel. c. 7. p. 7. B. & L. II. c. 1. p. 19. a.*

XXXVIII. eò rem perduxit, ut Episcopi Hildesienses Abbatem Corbeiensem, intuitû hujus Comitatûs Dasseliensis, pro legitimo feudi Domino habere & reputare tenerentur, inque memoriam & recognitionem hujus rei, officium Nobilium Advocatorum iis commissum, vi cujus per Subdelegatos singulis annis in festo *S. Viti* Abbati Corbeiensi ministrarent, duosque *cervos*, in pignus feudi Sollingensis, circa eandem solennitatem Monasterio darent. (x) Mansit etiam hæc dignitas penes Hildesienses 192. annis. Sed anno 1521. unà cum oppido Dassel & castro Hunnesrück ad Duces Brunsvicenses lineæ *VVolfenbyttelensis* devoluta est. *Advocati Corb.*

§. IV. Imperatorum verò Germanorum temporibus mos invaluit, ut Principes Comitesque, cùm in terris sibi subjectis Ecclesias & monasteria conderent, jus Advocatiæ sibi heredibusque suis in iisdem reservarent. (y) Certè *Adelbertus*, S. Bremensis Ecclesiæ Metropolitanæ Archi-Episcopus, fratresque ejus *Dedo & Fridericus*, Palatini Præsides in constructione cœnobii *Gözekensis*, ordinis Benedictini, Fratribus quidem liberam electionem permittebant, sic tamen, ut electus Archi-Episcopo Bremensi præsentetur, & per eum huic loco præponatur. Quisquis etiam in eorum stirpe ceteris ætate provectior fuerit, hic *Advocatus* loco constituatur. Deficiente autem tali in familia laudata, quemcunque Abbas cum consilio Fratrum ad defensionem & utilitatem loci expetierit, hunc Antistes Bremensis *Advocatum* constituat. *Qui Advocatus non, quæ sua sunt, quærat, nec populum suæ tuitioni commissum violentiis aut injustè opprimat, sed omnia cum consilio Abbatis agat atque disponat, nec extra ejus voluntatem aliquid in populo præsumat.* Datæ sunt fundationis tabulæ III. Kal. Octobr. anno MLIII. Indictione III. (z) Et *VVicpertus*, Marchio Groizensis, licèt insigne cœnobium *Pegaviense*, ejusdem congregationis Benedictinæ, à se conditum Apostolicæ Sedis juri in perpetuum mancipârit, *advocatiam* tamen ejus ipse habiturus excepit. (a) Fundatores Monasterii *Lauterbergensis* regulæ S. Augustin. (non Benedictinæ, ut *Bucelinus* putat,) (b) hoc sibi specialiter reservârant, ut semper filiorum heredumque natu major *reservatio Advocatiæ.*

Advo-

[x] *Vid. Lezner chron. citat.* L. I. *c.* 3. *&* 15. L. II *c.* 2. *& in hist. Ludovici Pii edit. secund. c.* 14. *&* 21. [y] *Lehmann. chron. citat, c.* 1. *lib. IV.* [z] *Vid. libell. de fundatione monast. Gozecens. à Madero edit. & chron. Lauterbergens. annex. p.* 210. *seq.* [a] *chron. Pegaviens. ad ann.* 1106. [b] *P. II. Germ sacr. p.* 53. *B.*

Advocatus ejusdem ordinarius foret, nec *advocatia* unquàm ulli jure feudi concederetur. (c) *Albertus & Ludovicus* Fratres, Comitesque Hackebornenſes, Conditores cœnobii *Hedeslebienſis* Monialium Ordin. Ciſtercienſis in agro Halberſtad. iſtud quidem ab omni jure *advocatiæ* ſeu actione qualibet jugiter abſolvebant, præterquam in occiſione cujuslibet, ſuper quo debet judicium ſanguinis ventilari. *In quo caſu*, ajunt, *nullum alterius dominium peti volumus aut requiri, cùm ad Nos ſolos clauſtri memorati & Dominarum ibidem Deo famulantium, jure ſpectet defenſio & tutela.* Dat. in Wipera anno MCCLXV.

Electio Advocati,

§. V. Vel ipſi Epiſcopi & Abbates Principum favore *Advocatum* eligebant. Inde *Burcardus II.* Præſul Halberſtadenſis XII. Autor cœnobii Huysburgenſis, cœtus Benedictini, annô MLXXXIV. Kal. Novemb. indict. VIII. annô ordinationis ſuæ XXV. ita: *Concedimus, ut etiam Abbas loci ipſius ſibi* Advocatum, *prudenter eligendo ſtatuat, quem cauſa animæ ſuæ in neceſſitatibus ſuis indifferenter adeſſe conſiderat*, confirmante hoc *Reinhardo* Epiſcopo annô MCXVIII. XV. Cal. Novembr. indict. XI. *Et ſi* (eſt hujus additamentum) Advocatus *aliter, quàm decet, agens loco incommodus extiterit, permittimus induſtriæ Abbatis, ut Epiſcopi ſui, & aliorum Dei amicorum auxiliò, illò remotò, auctoritate Apoſtolicâ idoneum ſubſtituat.* Quæ verba repetunt *Udalricus* annô MCXCVI. & *Gardolfus* Epiſcopi anno MCXCVII. Pacem minasque ſuas addunt *Alexander III.* & *Cœleſtinus III.* anno 1197. In confirmatione Ottoniana libertatum juriumque Corbeienſium annô 974. indict. I. alia inter hæc leguntur. *Neque à Comitibus ex qualibet judiciaria poteſtate coloni eorum & liti ad juſtitiam faciendam aliquò bannò adſtringantur, ſed coram Advocatis ejusdem monaſterii juſtitiam facere cogantur, ſicut anteriorum Regum, vel Imperatorum temporibus præfato loco conceſſum fuiſſe cunctis fidelibus noſtris liquidò patet.* Quæ ipſiſſima verba Otto III. *Ditmaro I.* Abbati annô DCCCXCV. Indict. VIII. Gandersheimii repetiit, & *Counrad. II.* anno MXXV. indict. VIII. Gozlariæ in confirmatione privilegiorum *Trutmaro* facta ſic: *Ut nullus Epiſcopus, aut judex publicus, vel quilibet ex judiciaria poteſtate, niſi ſolus illius loci* Proviſor, & Advocatus *prædicti mo-*

ejusque amotio.

ac poteſtas.

[c] *chron. Lauterberg. ad ann. 1156.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [126] - 112

Eti monasterii, in Ecclesias aut loca, vel agros, seu reliquas possessiones præfati monasterii, quas moderno tempore justè & rationabiliter possidere videtur, ad causas audiendas, vel freda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut fidejussores tollendos, aut ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones requirendas, aut homines ipsius monasterii tàm ingenuos quàm & servos, vel litos injustè distringendos, illô unquàm tempore debeat ingredi &c. In privilegio Ecclesiæ Mindensis Ottonis M. Imp. dat. anno 961. indict. IV. habetur: *quòd coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, aut* Advocato, *quem ejus loci Episcopus elegerit.* (d) In privilegio *Karoli Crassi*, Ludovici Germanorum Regis F. dato Ecclesiæ Padebornensi annô 887. XI. Kal. Octobr. ita: *hominibus quoque famulatum ejusdem monasterii facientibus in* Hursteromarcu, *qui Saxonicè Malmann dicuntur, prædictum mundeburdum & tuitionem nostram constituimus, ut etiam coram nulla judiciaria potestate examinentur, nisi coram Episcopo, vel* Advocato, *quem ejusdem loci Episcopus elegerit.* (e)

§. VI. Emtum deinde hoc officium & dignitas *Advocatiæ* non modò ab *Advocatis*, sed ipsis *Abbatibus*, seu *monasteriis*. Istud probant literæ *Gardolfi* Halberstadensis annô MCXVII. indict. XV. *Henricus* & *Ludolfus* ab Eylensted Fratres jure hereditario *advocatiam* monasticam Huysburg. sibi vendicabant, quia Pater eorum jamjam discessurus eam adhuc tenebat. Abbas verò *Henricus I.* ordinationem ejus penes se consistere asserens, tradidit eam *Sigfrido Blanckenburgico.* Renunciarunt tandem *Eylenstedenses* omni juri, quod in ea videbantur habere, obtinentque consiliô *Gardolfi* à Monasterio, in recompensationem pecuniæ, quam Parens eorum minùs cautè pro advocatia dederat, XCV. marcas. Sanxerat enim *Alexander* III. ut nulli mortalium liceret *advocatiam* hanc quasi beneficiario jure in hereditatem sibi adscribere, nec aliquis præfatæ Ecclesiæ *Advocatus* constitui debebat, citra Abbatis consensum, ita, ut si inutilis vel gravis fuerit hominibus Ecclesiæ, liceat Episcopo, eô remotô, alium substituere. Hoc verò confirmat *Eostormius*, (f) inquiens: annô MCCXXIX. Monasterium Walckenriedense pro *Advocatia*, quam Comites Hohustenii ab Imperio in feudo habebant, ipsis numeravit

Advocatiæ emtæ & venditæ.

[d] *Vid. Meibom. T.* III. *Rer. German. p.* 745. [e] *Monum. Padeborn. edit. prim. p.* 207. [f] *chron. VValckenried. p.* 91.

XXXVI. marcas argenti. Et *Rudolfus à Bernaug* Abbas Fabarienſis XLVIII. Advocatiam ſui cœnobii ab *Alberto*, Barone de *Saxen*, CCL. marcis emere cogebatur annô 1257. Quam emtionem poſteâ *Fridericus III.* Imp. approbans, Monaſterium ab omni jurisdictione Patronatûs & *Advocatiæ*, ſeu quibuslibet ſubjectionis officiis, univerſaliter exemit, teſte *Bruſchio*, (g) quem exſcripſit *Magerus*. (h)

Officium Advocati.

§. VII. Ratus eſt *Lehmannus*, (i) munus Advocatorum fuiſſe Monaſteria & Eccleſias, unà cum eorum bonis & hominibus, defendere, & judiciis reique œconomicæ ſimul præeſſe. Idem habent *Paurmeiſter*. (k) & *Bangertus*, (l) imò *Goldaſtus*, (m) Verùm confundunt Advocatos cum *Oeconomis*. Hi ſaltem earum rerum, quæ ad vitæ alimoniam & reditus eccleſiaſticos pertinebant, curam geſſêre. Diſtincta munia erant etiam in veteri Eccleſia, quod vetuſti Conciliorum canones, ut canon XXIII. Concilii *Chalcedonenſis* & canon LXXVI. Concilii *Carthaginenſis* teſtantur, in quibus diſtinctio τῶν οἰκονόμων καὶ τῶν ἐκδίκων accuratè notanda eſt. Etiam in Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ muneribus eccleſiaſticis *magnus œconomus* (n) cenſuum, expenſarum & ratiociniorum in Epiſcopatu rationem habens ὁ πρωτέκδικος, i. e. *primus defenſor* dicitur, reſpectû aliorum ἐκδίκων, ſeu *defenſorum* vel *Advocatorum*, quos inter eminuit ille ad curam captivorum ſuſcipiendam, utque ſit judex querimoniarum, quæ deferuntur ad forum. Diſtinctè quoque de utriusque officio *Fridericus I.* Imperator in privilegio Eccleſiæ Goslarienſi annô MCLXXXVIII. dato. *Perlatâ ad Nos importunitate, quam in bona Eccleſia noſtræ Goslarienſis aliquando exercere præſumſerint* Advocati, *vel villcationes ejus locando, quod nihil ad eos, vel hereditates litonum Eccleſiæ ſibi uſurpando, vel etiam manſos Eccleſiæ novis collocando colonis. Nos hæc illicitâ de cetero fieri authentico prohibentes edicto, nullam permittimus Advocatis ad talia perpetranda poteſtatem. Cùm enim de jure* Advocatorum *coram Nobis in palatio Goslar. quæſtio moveretur, de communi Principum conſilio ſententiatũ fuit, quòd in bonis Eccleſiarum* Advocati *nihil juris haberent, niſi tantùm in tribus caſibus*, in furto *videlicet*, in pugna & in raptu; & *omnes aliæ quæſtiones eſſent ad œconomum*

diſtinguitur ab Oeconomo.

[g] *in chronol. monaſt. p.* 52. [h] *de ad vocat. armat. c.* 1. *num.* 32. *ſeq.* [i] L. II. *chron. cit. c.* 36. [k] L. II. *de jurisdict. Imp. Rom. c.* 10. *num.* 24. [l] *ad* L. III. *chron. Slav. c.* 18. *p.* 338. [m] *in gloſſa ad Burchardi lib. de caſib. monaſt. S. Galli p.* 414. *Tom.* 1. *ver. Alemannic.* [n] *Ritual. Græc. p.* 275.

mum, seu villicum Ecclesiæ referendæ. Idem patet ex antiquioribus diplomatibus.

§. VIII. Hi *nobiles Advocati*, seu *Principales*, (o) habebant interdum titulo beneficiariæ concessionis *Sub-Advocatos*, seu *Sub-Advocatores* suos, eratque primarium eorum munus (1) Ecclesias & monasteria, bona & homines eorum in mundiburdum, seu tutelam, & patrocinium recipere. Inde ipsi *mundiburdi* dicti; (2) fundationes, oblationes, donationes &c. à fidelibus hominibus, seu ipsis Abbatibus, factas acceptare & confirmare. Cum Conradus II. anno MXXVIII. Kal. Jul. indict. XI. Imperii sui annô primô curtem *Godelevesheim*, injustè monasterio Corbeiensi subtractam, *Trutmaro* Abbati restitueret, Monasterii *Advocatus* jussû imperatoriô, eam recepit. Inter testes sunt *Hunfredus* Archi-Episcopus, *Meinwercus* Episcopus Padebornensis, *Godehardus*, Hildesemensis Episcopus, *Sifridus* Episcopus, *Odalricus* Cancellarius, *Astulfus*, *Sigibertus*, *Bernardus* Dux &c. (3) denique jus dicere in causis criminalibus, seu *majoribus*, (ut *Fridericus* Halberstadensis vocat,) super *furto*, *stupris*, *rapinis*, *incendiis* &c. à quibus abstinere oportet religiosos homines. (p) *principales Advocati.*

§. IX. Uti verò *insciis* seu *invitis* Abbatibus, vel Episcopis, nihil agebant *Advocati* legitimè aut validè: ita vicissim illi sine horum consensu & autoritate nihil ratificabant. In dedicatione basilicæ in monte sancto, (Hillgenberg) è regione civitatis Höxariæ, à *Wernero* Abbate XX. annô MLXXVIII. fundatæ, dicit Abbas: Advocato *suo Ottone Duce assentiente & traditionem confirmante*, Poponem (Antistitem Padebornensem) bannô suô hæc acta semel atque iterum & tertiò confirmâsse. Cum *Folcmarus I.* Abbas nonus (non Bovo III.) (q) ex hereditate *Sigfridi*, Comitis *Walbeccensis* (r) seu *Gröningensis* & *Croppenstedensis*, (s) vel Marchionis *Misniæ* & *Lusatiæ* (t) monasterium Westergröningæ ad Bodam instituti Benedictini annô 936. fundaret, traditionem suam fecit adstante *Hogero*, Advocato suo. (u) *nec Abbas aut Episcopus sine consensu Advocati, nec hi insciis illis quid fecêre.*

§. 10. Interdum una Ecclesia duos, imò plures habuit *Advocatos*, diversô tamen respectu. Cùm *Mauritius*, Comes *Spiegelbergicus*, *una Ecclesia aliquando plures habuit Advocatos.*

(o) *in privileg. Reichersbergens. p.* 202. & 210. (p) *Meibom. de orig. Helmestad.* (q) *Bucelin. Germ. Sac. P. III. p.* 55. *a.* (r) *Meibom. chron. VValbeccens. pag.* 2. (s) *Milagius in vindiciis Anhaltin.* (t) *D. Mirus in Encaniis Halberstad.* (u) *Meibom. in not. ad chron. Corb.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [129] - 115

gicus, Abbas Corbeiensis XLVI. annô MCCCCXLIV. teste *Leznero*, (w) (qui tamen ann. 1434. substituit,) (x) cum Ottone Brunsvicensi Uslariæ residente pacem fecisset sanctam & inviolabilem, eumque, ceu *nobilem advocatum* suum, recepisset & confirmâsset, eôdem annô feriâ quintâ ante festum corporis Christi *Ludovicum*, Hassiæ Principem, etiam Protectorem, seu Advocatum elegit contra Westfalos, aliâ tamen intentione.

Advocati cur remoti?

§. XI. Tandem *injustitia & rapacitas* plerorunque Advocatorum commovit Impp. Episcopos & Abbates, ut eos amoverent, omni jure Advocatiæ plurimis in locis extinctô. *Fridericus* Halberstadensis annô MCCXX. simpliciter vocat *malitiam*, *violentiam*, *manifestam malitiam*, *importunitatem & potentiam intolerabilem, quâ plures premebantur Ecclesiæ, & quasi in servitutem luti & laterum redigebantur*, cùm, interprete Innocentio IV. *amissô defensoris effectû, retinentes nomen impropriè* Advocati *Ecclesiis magis oberant quàm proderant, plus oneri, quàm honori erant, & per quos debebant defensari illæ, multoties molestabantur.* Injustitiam eorum narrabit *Henricus Claudius* apud *Browerum*. (y) Fuerant hactenus inter Fuldensem & Hirschfeldensem Ecclesiam innumeræ seditiones, contentiones & homicidia. Quas ut tolleret Imperator, mandat, ut si quis ex familia utriusque Ecclesiæ aliquem servorum vel *S. Bonifacii*, seu *S. Wigberti*, insequatur, & armatâ manû ad occidendum, seu prædandum curtem ejus, seu domum infringat, eumque impugnet, illi, qui hujus facti Dux & Princeps fuerit, *corium tollatur & capilli, & utraque maxilla ferro candente comburatur, reliqui sequaces cute & capillis priventur.* Si autem aliquis occidatur, seu vulneretur, autor *Weregeldum* Ecclesiæ, cujus homo occisus vel truncatus est, restituat. Si verò *Advocatus* aut mercede conductus, seu misericordiâ amicorum motus, istud constitutum adimplere noluerit, advocatione careat & gratiam Regni amittat, nisi juramento probârit, se invasorem reperire haud potuisse, quàm primùm autem invenerit, judicium & justitiam se facturum. *VVeregeldus*, seu *VVeregelda*, antiquis Germanis æstimationis pretium est. In veteri Saxon. Juris speculo pretium, quô quis mortuum luit, damit man einen Todten verbüsset/

præceptum Henrici Claudi.

VVeregeldus.

(vv) *hist. Ludov. Pii edit. sec. c. 29.* (x) *ead. edit. c. 68. p. 145.* (y) *L. III. Antiquit. Fuld c. 15.*

büſſet/ i. e. 24. alte Schock/ eſt gloſſa marginalis. *Weregelthef*, cujus vita pretio, pro capitis ſui æſtimati ratione, perſoluto redimatur, putâ occulti latrocinii reus; ſecus autem, ſi manifeſti. (z) De utraque (*injuſtitia & rapacitate*) graves & notabiles queſtus ſunt *Meinhardi* Halberſtadenſis (a) dicentis: Advocatos *crudeliſſimam tyrannidem exercere, ita, ut Eccleſiæ ſimplicem cenſum amplius obtinere nequeant de bonis ſuis ſub tali & tanta tyrannide conſtitutis*; quod ſuo etiam damno didicit Eccleſia S. Mariæ Halberſtad. ut ex privileg. Henrici VI. Imp. anno 1192. indict. X. Kal. Mart. dato liquidiùs patet apud D. *Sagittarium*. (b)

Advocati ſponte reſignant.

§. XII. Quidam igitur *Advocati*, malitiam ſeculi expendentes, & ſalutis ſuæ memores, ſponte reſignârunt. Hinc *Sifridus*, Comes Blanckenburgicus, advocatiam Huysburg: anno MCCXX. *Sifrido* I. Abbati abſolutè reddidit, approbante hoc *Friderico* Epiſcopo qui omnem advocatiam ſuſtulit, gratiam hanc ſpecialem faciens Abbati, ut in *cauſis majoribus* e. g. *furti, raptus & ſanguinis*, quas non expedit tractare religioſas perſonas, *mundiburdum* ſtatuat, qui judicet, *quæ fuerint in judicandis*, i. e. exponente *Innocentiô IV.* qui puniat *furta, raptus & ſanguinis* vindictam requirentia. Sed antiquata nunc hæc *Friderici Kirchbergici* ſanctio, cùm *Fridericus* III. Potentiſſimus Princeps, (cui vitam & triumfos vovemus innumeros) *cuique ſuum* ſpondeat & largiatur, ipſique Vicario ſuo, Dominus claves vitæ mortisque longè latèque dederit, adeoque longè potentiùs *Friderico* Halberſtadenſi *utrôque jure, utrôque gladiô*, & *ſpirituali & temporali gaudeat imperio*, eôque regere & defenſare valeat feliciter omnes ei ſubjectos. Ipſi Reges & Pontifices Romani (ut *Honorius* II.) omnia bona & privilegia monaſtica integra & quieta tantùm cupiebant *Salvâ Diœceſani Epiſcopi juſtitiâ & reverentiâ: ſalvâ debitâ Ejus reverentiâ*, inſit Innocentius II. *& canonicâ juſtitiâ*, Adrian. IV. ac Cœleſtinus III. Cùm omnium rerum in hoc universo viciſſitudo ſit, cœnobia utique non ſemper antiquam ſervabunt faciem. At *Sigfridi Blanckenburgici* heredes bolum iſtum ægrè ſibi patiebantur eripi; Ideò incendiis & rapinis Huysburgum vaſtabant. *Meinhardus* verò annô MCCXLIX. *murum & clypeum* ſe oppoſuit ad libertatem monaſterii ex integro conſervandam. Demum annô

(z) D. *Zimmermann analect. miſcell. menſ. XII. p. 663. n.* (a) *in lit. anno* 1224.
(b) *in hiſt. Halberſtad. § 55. p. 44. ſeq.*

MCCLI. XIII. Kal. Maj. *Sigfridus* Blanckenburgicus in placito generali *ad altam arborem* (beym hohen Baum) omni juri, si quod in advocatiam habere visus est, liberaliter, bonâ fide, nec non affectu sincero ex toto æternùm renunciavit. Fuit ergo primus cœnobii Huysburgensis Advocatus *Fridericus*, Comes Palatinus Saxoniæ & Sommersburgicus, abs *Alfrido* electùs. Otto postea Abbas constituit *VVillerum Eylenstedensem*, militem; quô defunctô *Henricus* I. substituit *Sifridum Blanckenburgicum*, sponte sub *Sigfrido* I. resignantem. Ut igitur priscis temporibus munus *Advocatorum* latissimum erat, jurisdictionis *civilis & criminalis* administrationem complectens: ita progressû temporis Abbates illam ipsam usurpare cœperunt, solâ criminali *Advocatis* relictâ, quam pro arbitrio Abbates ad tempus in eos detulêre, seu feudi loco concesserunt. Plura de *Advocatis* hisce dabunt alii. (c)

advocati Huysb.

§. XIII. Denique si quis *Oeconomorum* injustitiam & rapacitatem etiam scire cupiat, legat velim literas Conradinas.

Oeconomorum malitia

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. *Counradus*, divinâ favente Clementiâ Rex. Si paci & tranquillitati Ecclesiarum Dei piâ & benignâ sollicitudine prospicimus, hanc vicissitudinem Nos à pio Creatore nostro acceptare speramus, ut & Regni nostri, Nobis à Deo commissi, gubernacula in hoc tempore cum pace & tranquillitate possidere valeamus, & post regnum hujus temporis in regno æternæ beatitudinis requiem apud justum Judicem inveniamus. Notum igitur esse volumus universis Regni nostri fidelibus tàm præsentis quàm futuræ ætatis hominibus, qualiter Dilectus & fidelis noster WICBOLDUS, Corbeiensis Monasterii Abbas, multimodâ necessitate ipsius monasterii compulsus, exposuit in auribus Clementiæ nostræ incommoditates & injurias, quas à *Dapiferis* & *Pincernis* suis quidam Prædecessores ejus sustinuerunt, & ipse à die Prælationis suæ in eodem monasterio passus fuit. Siquidem *Dapiferi* & *Pincernæ*, & reliqui, qui ministerii locum in domo Corbeiensis Abbatis tenent, quam dignitatem vulgari nomine *Officia* appellant, quasdam abusiones in eisdem officiis sibi usurpaverunt, ut videlicet *omnia victualia, & universam substantiam domus Domini sui sub custodia sua teneant, &, cui*

(c) *VVeber. de jure Patronat. p. 65 seqq. Paurmeist. de jurisdict. Imp. Rom. L. II. c. 10. n. 22. seqq. Reinking. de regim. S. & E. Cl. l. c. 9. n. 75. Limn. enucleat L. I. c. 4. p. 21. Bangert. not. ad L. III. chron. Slav. c. 18. &c.*

cui placuerit, his, inconsulto Domino suo, eadem bona servanda & passim distribuenda conferant, tantamque potestatem in istis officiis asserere conentur, ut Dominis suis palam & quasi de jure suo prohibeant, ne claves & custodiam rerum suarum alicui committant. Solent enim de rebus Dominorum Suorum propriis familias agere, ac milites suos pascere, in tantum, ut in propriis domibus plerumque aut tanta, aut etiam plura, quam Domini sui, de facultatibus eorum, quas debuerant servare, expendant, & in dissipandis bonis eorum modum omninò nullum teneant. Hujusmodi ergò superfluas & damnosas rerum suarum dissipationes cùm prænominatus fidelis & dilectus noster WICBOLDUS, Corbeiensis Abbas, de eadem domo eliminare, ac domum suam, secundùm honorem Dei & propriam utilitatem, ordinare tentâsset, quidam de Ministerialibus ejus *Rabono*, qui tunc officium Dapiferi administrabat, cum fratre suo *Luidolpho*, & paucis consanguineis suis, multùm ordinationi ejus refragatus est, atque cum multa comminatione asserebat, quòd potestatem officii sui, quam hactenus in domo illa exercuerat, *nunquam, dum viveret, relicturus esset, ita, ut sub imperio suo essent universa victualia Domini sui, ac potestatem de iis haberet tribuendi, cui vellet, nec dati aut accepti aliquam rationem Domino suo reddere, nec claves rerum suarum alicui servare liceret, nisi quem ipse ordinâsset.* Hæc itaque contradictio inter Ministeriales Corbeiensis Ecclesiæ à præfato Abbate, Domino suo, ventilata est, & per judicium eorum tàm eidem *Raboni*, quàm omnibus, qui hujusmodi dominationem sibi de bonis Domini sui usurparent, omnis potestas *de committendis clavibus*, & *de custodia rerum* Domini sui abjudicata est, hancque potestatem Abbati Corbeiensi præscripti ex ea sententia judicii unamiter adjudicaverunt, ut *claves & custodiam rerum suarum* liceret ei committere, absque consilio *Dapiferi* & *Pincernæ*, cuicunque voluisset. *Dapifero* autem & *Pincernæ* tale judicium adjudicaverunt, ut in victualibus Domini nullam potestatem dandi, absque voluntate ipsius, prorsus habeant, sed cum Domino suo, secundum debitum officii sui, ad mensam servierint, hanc dignitatem de officio suo consequantur, *ut refecto Domino suo, ad mensam ejus cum ceteris ministris Domini sui reficiantur.* Et ut præter hanc nullam aliam potestatem de rebus ipsius exerceant. Huic comparium suorum judicio Idem *Rabono* cùm acquiescere

cere noluiſſet, prædictus fidelis noſter Corbeienſis Abbas apud Clementiam noſtram impetravit, quòd in plena curia noſtra, quam *Spiræ* celebravimus, judicium ſuper eodem verbo à miniſterialibus Regni ſciſcitati ſumus, qui etiam, in conſpectu noſtro & Principum Regni, idem judicium, quod Corbeienſes invenerant, pari conſenſu aſſeruerunt. Aliam præterea moleſtiam idem *Rabono* fratribus, qui Deo ſerviunt in Corbeienſi Monaſterio, irrogare præſumſit, quòd videlicet *infrà muros & ambitum cimiterii ejusdem Eccleſiæ hereditariam manſionem* ſibi vendicavit; ſuper qua manſione cùm ſatis fuiſſet commonitus, tùm à Domino ſuo, tùm à fratribus monachis, tùm à comparibus ſuis, quatenus ab ea deſiſteret, noluit eorum ſalutaribus monitis obtemperare. Unde Miniſteriales Corbeienſis Eccleſiæ, Judicii ſententiam interrogati, abjudicaverunt tàm ei, quàm omnibus ſecularibus, beneficium in atrio Eccleſiæ, & quòd aliquis Abbatum tale beneficium potuerit præſtare. Cùm adhuc reluctaretur, Nos item rogati à fideli noſtro prædicto Corbeienſi Abbate, cùm interrogaſſemus Miniſteriales noſtros ſuper eodem judicio, abjudicaverunt ei, in conſpectu noſtro & Principum, infrà atrium Eccleſiæ, omnem hereditariam manſionem, & omnibus Abbatibus & monachis talis beneficii conceſſionem. Orta eſt nihilominus & alia temeritas ab eodem *Robone*, quod infrà muros Corbeienſis monaſterii quandam ſimilitudinem dignitatis ſibi hereditariō jure vendicabat, quam *Præfecturam* appellabat, & ſe *Burcgrafium* appellari faciebat, cum omnes Abbates ejusdem monaſterii hanc poteſtatem ſemper ſub ſe habuerint, ut quicquid à ſuis intra muros delinqueretur, aut ipſi corrigerent, aut *Camerario*, vel *Dapifero* ſuo, ſeu alicui de familia ſua, corrigendum absque ulla poteſtate, in perpetuum manſura, committerent. Hâc autem poteſtate præfatus *Rabono* in tantum uſus fuit, ut eam vulgari nomine appellarint Burckbahn / &, ſecundùm morem alicujus *magnæ poteſtatis*, ſæpe infrà muros placitaret. Et hujusmodi placita Burckding appellabat. Ad hæc placita famuli Fratrum Monachorum de coquina, aut de piſtrino, ſeu de quolibet eorum ſervitio cogebantur venire. Qui aliam ſi propter impedimenta ſervitii Fratrum occurrere non poterant, violenter & contumeliosè à famulis ipſius pertrahebantur, & panem aut eſcam Fratrum imperfectam relinquere cogebantur. Hujusmodi ergo temeritatem de hac *Præfectura* circa Corbeienſe

enſe monaſterium, ex judicio Principum Regni, prorſus interdicimus, & hanc poteſtatem in manu Abbatis, ſicut antiquitus fuit, decernimus. Nam in veteribus Regum & Imperatorum præceptis continetur, ut nullus Dux, nullus Comes, nulla alia ſecularis poteſtas, aliquam poteſtatem infra muros ejusdem Eccleſiæ exercendi judicium habeat, ſed per Abbatem & perſonas, temporaliter à ſe ordinandas, quicquid à famulis monaſterii contra juris & æqui rationem admiſſum fuerit, judicari oporteat. Et ſi quid Principibus contra privilegium Imperiale non licet, multò minùs Miniſterialibus libere conſtat. Hanc igitur *Præfecturam*, & ſuprà dictam *infrà muros laicorum habitationem*, atque *Dapiferi & Pincernæ de committendis clavibus poteſtatem*, ab aliquo uſurpari, & hereditario jure vendicari in ſuprà dicto monaſterio nullatenus permittimus, ſed has tres prædictas uſurpationes, ſecundùm judicia Miniſterialium noſtrorum atque ſententiam Principum Regni, omnibus laicis, decreto in perpetuum valituro, interdicimus, & horum omnium poteſtatem Abbati tribuimus.


Judicium de *clavibus* invenit *Conradus*, Miniſterialis noſter de *Haga*: de *habitatione intra muros & de Præfectura* judicium dedit Miniſterialis noſter *Conradus de Walthuſen*, Camerarius noſter à theſauris. Principes autem cum Miniſterialibus ſuis hi interfuerunt.

Ortlenus, Baſileenſis Epiſcopus & ſui Miniſteriales.
Heremannus, Conſtantienſis Epiſcopus, & ſui Miniſteriales.
Günterus, Spirenſis Epiſcopus, & ſui Miniſteriales.
Eilulfus, Mutbacenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
Walterus Setſenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
Fridericus, Campidonenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
N. Wiltzemburgenſis Abbas, & ſui Miniſteriales.
Clerus & populus Wurmacenſis Eccleſiæ, quæ tunc vacabat.
Clerus & populus Fuldenſis Monaſterii, quod tunc vacabat.
Clerus & populus Laurishamenſis monaſterii, quod tunc vacabat.
Fridericus, Dux Sveviæ & Alſatiæ, & ſui Miniſteriales.
Otto Palatinus de *VVichelbach*, & ſui Miniſteriales.
Herimannus de *Baden*, & ſui Miniſteriales.
VVernerus, Comes de *Havekaprech*.
Otelricus, Comes de *Wintzenborch*.
VVilhelmus Comes de *Seitzberg*.

Q *VVilhelmus*,

VVilhelmus, Comes de *Juvaco.*
Comes Imiko de *Liningen.*
Comes *VVilframus de VVerten.*
Marquardus de Grumbach.
Arnoldus Dapifer de *Rottenburg.*
Heinricus Marſcallus.
Reingerus Pincerna.
Tiepertus, Camerarius de *VVinsberg.*

Signum Domini Counradi, Rom. Regis II. Invictiſſimi.



Ego Arnoldus Cancellarius vice Heintici Moguntini Archi-Epiſcopi & Archi-Cancellarii recognovi.

Data annô Dominicæ Incarnationis MCL. indict. XIII. annô verò Domini Counradi Regis ſecundi invictiſſimi XII. Annô Domini Wichboldi, Corbeienſis Abbatis, III. Actum Spiræ in Chriſto feliciter Amen.

§. XIV. Infrà muros & ambitum Cœmeterii Eccleſiæ hereditariam manſionem affectabat *Rabono*. Sed *Adrianus* IV. anno 1154. ita: *Præterea conſtituimus, ut* infrà ambitum *muri memorati Corbeienſis Monaſterii nemo Clericorum vel laicorum jure proprietatis, vel beneficii, manſionem aliquam ullo tempore habeat, ſed totus ipſius loci ambitus Abbatis, Monachorum, & aliarum religioſarum perſonarum uſibus & habitationibus pateat.* Quod *Victor* & *Lucius* III. anno 1184. plenius confirmant. Symbolum ſuum addit *Fridericus Barbaroſſa* anno 1152. inquiens: *Sanè quod piiſſimum Prædeceſſorem noſtrum Regem* Conradum, *ex judicio Principum ac Miniſterialium Regni, in plena curia ſtatuiſſe agnoſcimus, Nos quoque ejus veſtigia ſequentes, decreto in æternum valituro firmamus atque ſtatuimus, ut nullus laicorum habitationem* infrà muros prædicti Corbeienſis monaſterii *ſibi aliquando uſurpare audeat* hereditario jure *ſed cymiterium, quemadmodum congruum eſt, religioſorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore pateat.* Et mox idem: *Et ſtatuimus, ut nullus Judex publicus licentiam in homines ad monaſterium* Corbeienſe

Confirmatio privilegii.

se, vel ad prænominatas cellas ipsius pertinentes, ullam judiciariam habeant exercere potestatem. Sed omnis eorum res coram Advocato *ipsorum diffiniatur, & ut justitiam, quæ appellatur* Burgbahn *nemo sibi usurpare ibidem præsumat, nisi cui potestas ab ejusdem cœnobii Abbate concessa fuerit* &c. *Hoc quoque simili firmitate præcepto nostro roboramus, ut* Dapiferi *atque* Pincernæ *Corbeiensis Abbatis nullam omninò potestatem de* committendis clavibus rerum Domini sui *habeant, sed in dandis clavibus & ordinandis rebus domus suæ liberam potestatem, quemadmodum à Prædecessore nostro per judicii sententiam determinatum esse novimus, Abbas in perpetuum obtineat* &c. Subscriptio meminit *Conradi* II. at tertius erat, licèt in pluribus literis vocetur secundus. Testes inter procedit *Ortliebus* Basileensis, Comes à *Froburg*. Sequuntur *Heremannus* Constantiensis, Baro *Arborensis*; Günterus Spirensis, Comes *Leiningensis*, fundator Amplissimi cœnobii *Maulbronnensis*, in quo jacet sepultus. Per *Walterum Setsensem* intelligo Prælatum splendidi monasterii *Selzensis*, quod olim in Alsatia *Saverem* inter & *Sulzbachium* amnes floruit, conditum ab Adelheide, Ottonis M. Conjuge. (d) *Fridericus* Campidonensis hujus nominis tertius, erat gente *Klingenstenius*, patriâ Augustanus.

§. XV. Interim salva manet in omnibus Imperatoris advocatia Majestatica suprema & universalis, quæ ossibus illius arctissimè inhæret, nec ab eo avelli potest, facto aliquo tertii, sed *Imperialis superioritas in possessionibus omnibus ac bonis immobilibus quibuscunque tàm propriis quàm alienis, tàm feudalibus quàm allodialibus, etiam Ecclesiis, concessis salva & exemta semper & ubique manet*, uti ex *Thom. Michaël*, (e) repetit *Joann. Christoph. Thillius.* (f) *advocatia Majestatica*

[d] *Bucelin. Germ. sacr. P. II. pag.* 81. B. [e] *de jurisdiction. conclus.* 25. [f] *de Advocat. Imperat. ecclesiastica thes.* 39.

DISSERTATIO XIII.

Continens

LIPSANOGRAPHIAM, SEU CATALOGUM RELIQUIARUM CORBEIENSIUM CONRADI (WILHELMI) PLETTENBERGII

§. I.

lipsanographia Corb. MAgna intet cordolia, quæ religiosos Corbeienses cruciant, haud postremum est jactura *Reliquiarum*, (g) licèt ipsi nesciant, quales seu quantas olim possederint. Reperi aliquot ab hinc annis *Corbachiæ* integram *lipsanographiam*, à Nobili Westfalo, nec non

Conr. Vilh. Plettenbergii Præposito Eresburgensi, *Conrado* (*Wilhelmo*) *à Plettenberg*, julsû Bodonis, Abbatis sui, contextam. à nonnullis hic cœnobita *Conradus*, abs aliis *Wilhelmus* nominatur. Confirmationi jurium Höxatiensium, factæ à *Bodone* anno 1373. subscripsit *Conradus*, Herr Cordt von Plettenberg / Provest tho dem Marsberg. In aliis literis anno 1375. dicitur *Wilhelmus*. Num duo Plettenbergii istô tempore Corbeiæ vixerint, seu num *Conradus Wilhelmus*, (quæ mea opinio est,) & modò ab hoc simpliciter *Conradus*, abs isto *Wilhelmus* appellatus

Scommata fuerit, parum scîsse refert. Scommata nonnemo adsperserat de *cauda asini*, seu Magni Christophori, quô vectus fuit Salvator Hierosolymam, in monasterio *Mordemensi*, cum adjecto disticho:

Quæris, quî Salvatoris sit dictus asellus?
Pace tua liceat dicere: Christophorus.

Ubinam vero jacet claustrum *Mordemense*? Bucelinus quidem in

(g) *vid. dissert. V. §. 5.*

in catalogo M. S. repererat Ordinis sui cœnobium *Mortheimense*, à *Northeimensi* distinctum, at in cujus parochia situm fuerit, ipse mecum ignorat. (h) Ceterùm ne portiuncula hæc antiquitatis pereat, fidâ manu descriptam infero, salvâ cujusque lectoris censurâ. Me enim nec angit nec tangit, seu credas aut non credas quæ de thesauro suo ecclesiastico compilavit *Plettenbergius*. Sic autem ille. *monast. Mortheim.*

§. II. Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus! Quando (ait Basilius) *judaicè quis moriebatur, abominabilia erant morticina: cùm pro Christo mors contingit, pretiosæ sunt reliquiæ Sanctorum ejus. Antea dicebatur sacerdotibus & Deo dicatis*: non contaminabitur ex aliquo mortuo. *Nunc autem qui contingit ossa Martyrum, quandam sanctificationis societatem assumit ex gratia corpori insidente.* Pretiosa itaque in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Altiùs hoc apud se considerans devotus noster *Bodo*, Comes Pyrmontanus, Abbas novæ Corbeiæ XLI. mandavit mihi sacrum reliquiarum Ecclesiæ nostræ thesaurum conscribere & divulgare. Consvetudo apud nos est ecclesiastica, in ipso Patroni *S. Viti* festo, cultû divino peractô, omnes reliquias nostras Sanctorum publicè exponere, singulisque monstrare, ut scilicet populus ad similem cujusliber Sancti & beati vitam, puritatem, innocentiam & constantiam devotè accendatur. Abbas dicit: Ecce, ô mei! & Christo fideles, omnes hi, quorum veneranda ossa intuemini hîc, Sancti, sanctitatem & omne bonum habent desuper à Patre luminum. Hic eos sanctificavit propter filium suum unigenitum Jesum Christum, cujus vestigiis inhæsêre, & in cujus acerbissimæ mortis ac passionis fiduciâ piè & gloriosè mortui sunt, seu potius obdormivêre. Ecce *crucem* devotæ animæ? in cruce lux mundi. Per crucem, per tribulationes intrate in regnum cœlorum. Mementote Jesu crucifixi. Osculamini crucem, at simul flexis cordium contritorum genibus gratias agite Jesu crucifixo. Contemplamini ergò denuò reliquias hasce, & ita vitam vestram juxta normam præceptorum ordinate singuli, ut socii tandem fiatis & hæredes æternæ gloriæ, quam omnibus ex animo precor. *mors sanctorum pretiosa.* *mos ecclesiasticus.*

Tunc Abbas, *sublatâ cruce*, in hoc signo, ait, vincendum est. I. Qui crucem temnit, gaudia aversatur æterna. Simus ergò veri & constantes crucigeri. Crux ista tota aurea erat, pretiosissimis gemmis *crux aurea*

[h] *German. sacr. P. II. pag. 62. B.*

ubique eleganter ornata, prælata, & artificioſiſſimè fabrefacta, donata à *Juditha* Imperatrice, Sereniſſimi Ludowici, Fundatoris & Benefactoris noſtri conjuge. Et quàmplurimæ aliæ reliquiæ in hac erant reconditæ. Scilicet

alia reliquia ea,

Magna portio de ligno crucis Salvatoris noſtri,
clavus unus, quô manus Salvatoris transfixa,
Portiuncula de toga B. Virginis Mariæ,
particula de virga Aaronis,
reliquiæ & oſſicula de S. Petro, S. Stephano, S. Bartholomæo, S. Mercurio, S. Dionyſio, S. Pancratio, S. Agatha, S. Benedicto, & plurium aliorum Sanctorum, quorum nomina in cœlis ſcripta ſunt.

II. *Scapula S. Stephani.*

Tunc oſtenſa populo *ſcapula S. Stephani*, Proto-Martyris N.T. quam ex capella ſua miſit nobis Ludowicus Pius. Has reliquias ipſe *venerabiles & Sacroſanctas* nominat.

III. *Brachium S. Martini.*

Porro monſtrabatur *integrum S. Martini brachium*, qui unà cum S. Stephano primus Corbeiæ Patronus erat. Et fortè in memoriam illius monaſterium in Sollingio primò fundatum eſt.

IV. *Corpus S. Viti.*

Sequebatur *integrum S. Viti corpus*, in ampla & inaurata ciſta reconditum, inquè ſublimi collocatum, ut ab omnibus videri poſſet.

V. *Ciſta argentea.*

Warinus, Abbas noſter primus regulariter electus, contulit Corbeiæ *ciſtam* planè *argenteam* ſatis magnam, in qua ſervabantur ferè 400. particulæ, ſeu reliquiæ diverſorum Sanctorum Sanctarumque Martyrum, Confeſſorum, Virginum.

VI. *Hoſtia in aurum verſa.*

Præterea conſpiciebatur ab omnibus *ſacra hoſtia in verum aurum* converſa.

VII. *Scriniolum cedrinum, reliquiis plenum.*

Promebatur tunc ſcriniolum è *pretioſo ligno cedrino* de monte Libanon elegantiſſimè confectum, repletumque reliquiis,
de faſciis, ſeu involucris, quibus involverat B. Virgo filiolum ſuum.
Minuta portiuncula alia de ligno crucis,
Particula ſpongiæ, quæ in paſſione Domini aceto & felle imbuta ipſi porrecta erat. Porrò erant in eo:
Oſſiculum de S. Juſtino,
variæ reliquiæ de B. Virgine Maria,
aliquot particulæ de innocentibus puerulis ab Herode occiſis.
De S. Petro & Paulo.

De

De S. Andrea,
De S. Jacobo majore & minore,
De S. Cypriano,
De S. Philippo,
De S. Joanne Apoſtolo,
De S. Criſpino & Criſpiniano,
De oſſibus S. Vincentii,
De S. Georgio,
De S. Bonifacio & Blaſio, S. Albano, S. Chriſtophoro, S. Medardo Epiſcopo & S. Magno,
Dens etiam de S. Magno,
diverſæ particulæ de omnibus quatuor Evangeliſtis,
De S. Theodegario Martyre,
de veſte è pilis confecta S. Remigii.

Adhæc exponebatur publicè integrum *S. Juſtini* corpus, Patroni Corbeienſis. VIII. *Corpus S. Juſtini.*

In *argenteo* quodam *ſcrinio* aurô obducto jacebant corpora Fenariæ, Candidæ & Teretianæ è Societate 11000. virginum, IX. *Scrinium argenteum.*

[Nota: in hiſtoria Urſulæ ejusque Comitum XI. M. virginum non legendum eſt: *undecim mille virgines*, ſed *undecim Martyres Virgines, uti benè obſervat Dn. Ludolfus.* (i)]

& aliæ quàmplures diverſorum Sanctorum reliquiæ, X. *Scrinium S. Mercurii.*

In ſcrinio *S. Mercurii* ex puro argento confecto erat corpus ejus cum capite. XI. *Scrinium Thebeorum.*

In ſcrinio *Thebeorum* integrum erat Martyris corpus ex nobili iſto ſodalitio, & aliæ particulæ,
de S. Candida, Petronilla, Cæcilia, Agatha,
de S. Coſma & Damiano, S. Ambroſio, S. Hippolyto & Gregorio, Germano, Antonio Eremita, & pluribus aliis.

In ſcrinio *S. Stephani*, in quo *ſcapula* ejus recondita, vel ducentæ adhuc particulæ reliquiarum variorum. Iſtud ſcrinium ex puriſſimo auro erat, & pretioſiſſimis gemmis undiquaque fulgidum. XII. *Scrinium S. Stephani.*

Lapides duo, quibus S. Stephanus occiſus erat,

Integrum & magnum brachium argenteum inauratum, cui incluſum erat *brachium S. Adelhardi*, gemmis diſtinctum. XIII. *Brachium S. Adelhardi.*

Multæ

(i) *Comment. in L. I. Hiſt. æthiopic. c. 3. p. 85.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [141] - 127

Multæ aliæ conjunctæ erant reliquiæ diversorum, quorum nomina Deus noverit.

XIV. *Scrinium S. Genofesæ.* In scrinio *S. Genofesæ* erat corpus ejus ferè integrum, unà cum duobus aliis è Societate XI. M. Virginum, & aliæ reliquiæ plures.

XV. *Scrinium S. Sophiæ.* In scrinio *S. Sophiæ* erat magna corporis ejus portio, unà cum nonnullis aliis reliquiis.

XVI. *Scrinium B. Virgin.* In scrinio *B. Virginis* argenteo variæ ejus reliquiæ conditæ, unà cum aliis.

Monstrantia B. Virginis includebat capillos & particulam vestimenti ejus.

XVII. *Scrinium Apostolorum.* In scrinio *Apostolorum* de singulis aliquot erant particulæ. Alia monstrantia planè aurea, in qua portio de catena, quâ vinctus fuerat S. Petrus, & de baculo ejus, seu pedo, nec non ossibus.

XVIII. *Scrinium ligneum.* In alio *scriniolo ligneo* pretiosissimo tamen & elegantissimo, erant particulæ de costis & cruce S. Andreæ, de costis S. Matthiæ, de S. Bartholomæo, & Philippo, S. Paulo, de toga S. Joannis Baptistæ & pluribus aliis Sanctis.

XIX. *Monstrantia Martyrum.* Duæ insignes *monstrantiæ Martyrum.* In altera erant portiunculæ de S. Lamberto, S. Vincentio, S. Martiano, S. Tiburtio, S. Ignatio Martyre, S. Magno, S. Blasio, S. Calixto, S. Cyriaco, Claudio & aliis.

In altera verò de costis S. Bonifacii, de craticula S. Laurentii, & aliquid de S. Basilide &c.

XX. *Scrinium Martyrũ.* *Scrinium Martyrum* comprehendebat sequentes:

de S. Clemente, S. Hippolyto, S. Anastasio, S. Gereone, S. Victore, S. Apollinar. S. Sebastiano, S. Elisio, S. Maximiniano & Juliano, S. Mauritio, ejusque veste sanguine suo conspersa. S. Feliciano, S. Colomanno, S. Kiliano, S. Baccho, S. Sergio, S. Felice & Philippo, S. Audalio & Pancratio, S. Eriberto, Episcopo & Martyre.

Maxilla & portiuncula de toga S. Alexandri.

Particulæ de S. Aurelio & Candido, de quatuor *coronatis* Martyribus, S. Ferrelo & Sydomo, S. Martiano & Liburtio, S. Mercurio, S. Felicitate, S. Cæcilia & Emerentiana, S. Leone & Marcello, S. Joanne Papa & Martyre, S. Helena, S. Florentia, & pluribus aliis.

XXI. *Scrinium S. Severini.* In *scrinio S. Severini* erant.

Maxilla

Maxilla ejus unà cum quatuor dentibus.

Maxilla S. Comitii,

brachium S. Romani, Presbyteri & Confessoris.

De S. Mauritio ejusque sociis,

de capillis, capite & ossibus S. Sophiæ.

Cranium S. Luttrudis, & duo digiti S. Reginæ,

de brachio S. Anscharii, & particula de capite ejus, unà cum dente.

De S. Clemente Papa & Martyre.

De S. Valerio, S. Benedicto, S. Ægidio, S. Servatio, S. Nicolao, S. Modesto, S. Eusebio, S. Scholastica, S. Apollonia, S. Praxedi, & de toga purpurea Salvatoris.

De S. Gregorio Papa, S. Cyriaco & Marcello,

De S. Stephano nostro Archi-Episcopo & Martyre.

De S. Unni & Adelgario, nec non de sepulcro Domini,

De S. Martino Papa & Martyre, de præsepi Christi.

de S. Pancratio, de lapide, quô contegebatur sepulcrum Christi: de ossibus S. Ludgeri: de S. Liborio, & Vedasto: de ossibus SS. Philippi & Jacobi: de collo S. Stephani, de baculo, seu pedo S. Remacli Episcopi; de S. Maria Magdalena, S. Longino, S. Prisca; digitus S. Gregorii: De S. Eustachio & Godehardo, S. Francisco Assisiensi, S. Catharina, Barbara, Dorothea &c.

In scrinio *Confessorum* erant particulæ de

XXII. *Scrinium Confessorum.*

S. Remigio & Gregorio M. S. Severo, Willibordo & Materniano: S. Symmetrio, Quinto, Supplicio & Achille, S. Leodegario, Marso, Romano & Florentio: S. Bavone, Odolfo & Willibetto: S. Meynulfo, Brutio & Eusebio: S. Cassiano & Burcardo: S. Ludgero, Terentio & Anscharo nostro: S. Liborio & Othelrico; S. Saturnino & Maurino &c.

Parva aliqua monstrantia, in qua aliquid de S. Catharina, Cæcilia, S. Matthia & Christophoro.

In scrinio *Sanctarum Virginum* erant

XXIII. *Scrinium SS. Virginum.*

Digitus S. Luciæ, capilli S. Eugeniæ, particulæ de S. Columba, S. Praxedi, Candida & Concordia, S. Vincentia & Agatha: S. Barbara, Cæcilia, Justina & Margareta: S. Christina, Basilla & Brigitta: S. Severa, Sophia, Helena & Feriaria: S. Genofesia, Aurea &

Basille, S. Potentiana, Walburgi & Ursula: S. Gertrude & Luttrude: S. Regula, Rodegunde & Terentiana &c.

XXIV. *Scrinium omnium SS.*

In scrinio *omnium Sanctorum* erant particulæ de ligno Dominicæ crucis & sepulcro Domini, de S. Timotheo, monte Calvariæ, S. Stephano Papa & Martyre, S. Basilido, Celso, Donato & XI. Fratribus: S. Laurentio, Albino, Eulatherio, Ambrosio, Pantaleo, Adelhardo I. Cypriano, & S. Dario: de XVIII. Martyribus Hispanis: S. Fabiano & Sebastiano: S. Quintino & Cassio: S. Martino Episcopo, S. Filiberto, Vedasto, Trudone & Thietmaro: S. Gallo, Brigitta, Petronella & Anastasia: S. Scholastica, Agritio, Nicetio & Cornelio: S. Brictio, Medardo & Antonio &c.

XXV. *Crux argentea magna.*

Tandem monstrabatur *crux magna argentea*, quam Erkenbertus noster à Cæsare acceperat pro missis, octo mensibus pro eo lectis & celebratis. In hac alia latebat crux de ligno crucis Christi, unà cum multis aliis reliquiis. (k)

Sicque cum pia adhortatione ad populum omnesque præsentes hæc consuetudo Ecclesiæ finita est. Sic *Plettenbergius.*

Reliquiæ repertæ.

§. III. *Fridericus Henkhusius*, Vir probus & eruditus, Sub Prior Corbeiensis, annô MDCXLIX. varias reliquias tempore belli in pomario reconditas, jussû *Arnoldi IV.* Abbatis sui, eruerat, quarum plurimæ sericeæ togæ rubræ inclusæ erant, cum hac inscriptione:

Sequentes reliquiæ hîc continentur,

Gregorii Papæ,

Remigii, Severini, Servatii, Willebordi, Brictii, Eusebii, Evergisti, Germani *Episcoporum.*

Justini, Leodiarii, Suspicii, Romani, Florentii, Bavonis, *Confessorum.*

Terentii, Liborii, Burchardi, Anscharii, Saturnini, Cassiani Ludgeri, Simmetrii, Materniani, *Episcoporum.*

Odulphi, Fillberti, Meynolphi, Remigii, Willibaldi, *Confessorum.*

Eustachii & Sebastiani Martyrum, Margaretæ Virginis, Vivent. Virgin. & multorum aliorum Apostolorum, Martyrum &c. Hæ reliquiæ anno MDCXXVII. hîc reconditæ sunt.

§. IV.

(k) *dissert. V. §. 5.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [144] - 130

§. IV. Verùm in famosa expugnatione Höxariæ annô MDCXXXIV. omnes ferè unà cum privilegiis, documentis, & sacra supellectile deperditæ sunt. Cæsareus quidem Generalis Campi Mareschallus, *Melchior Hazfeldius*, Comes, anno MDCXLI. Corbeiæ iterum tradidit duo argentea brachia, in quorum altero insignis portio de bracho *S. Martini*, in altero de brachio *S. Romani*, erat. *Zitzwizius*, Prior tunc Corbeiensis, intulit monasterio particulam *Sturmionis*, primi Abbatis Fuldensis. Et *Florentius à Felde* annô MDCLXXVI. particulam de *scapula S. Viti*, modernusque Abbas D. CHRISTOPHORUS, ex liberalitate Innocentii XI. addidit integrum *Justi* corpus, aliasque reliquias Augustâ Vindelicorum sibi missas. *& recuperata. & addita.*

§. V. Mirabilis, quam *Ditmarus* Merseburg. narrat (l) de *Crispini* & *Crispiniani* reliquiis, minùs religiosè habitis, historia. Bonus iste *Astihulfius*, nobilis Dynasta ab *Ilefeld*, nosologiæ animatæ venusta synopsis erat, quod in tertio fasciculo observationum mearum Medico-Physicarum (m) latiùs probavi. Si vacat, & placet, lege & cense, qui, à superstitione remotus, rationi & experientiæ faves. *Hist. Ditmari. à me exposita.*

DISSERTATIO. XIV.

De
ANTIQUA ET NOBILI FAMILIA,
COTTARUM.

§. I.

PUlcrum inprimis videbatur Plinio, *non pati occidere, quibus aternitas debetur.* Laudemus igitur Viros gloriosos & Patres nostros, per quos multa præclara fecit Dominus. (n) Ortus & occasus noster justè partitus est, Tros Rutulusve fuat. (o) Primam enim vocem omnes emittimus flentes, & mors sceptra ligonibus æquat.

(l) *L. IV. chron. p.* 97. (m) *Vid. Dec. II. Ephem. Curios. ann. VII. appendic. p.* 111. *seqq.* (n) *Syr. XLIV.* 1. (o) *Sap. VII.* 6.

Virtute & doctrinâ distinguimur.

Solâ *virtute* & *doctrinâ* distinguimur. Hæc bona omnium ἀθάνατα καὶ θεῖα sunt, mentisque domicilio inclusa mortalium manibus non labefactantur. Ut manentibus præstò sunt? sic fugientes non linquunt, sed è naufragio nobiscum enatant.

Dignitas Consulum Rom.

§. II. Utrâque semper splenduit Clarissima *Cottarum* gens, quam ante Deum-Hominem florentissimam mirabere apud gravissimos & vetustissimus Autores. Quanta dignitas & potestas Consulum Romæ fuerit, doctissimus C vis meus *Joannes Rosinus* (p) in antiquitatibus Romanis, (quas Erasmus Schmidius (q) *eruditissimas* vocat, non obstante vel *Reinesii* scævo judicio, (r) aut iniqua *Kippingii* (s) censurâ,) latiùs explicat. Apex ferè istius dignitatis erat, quòd ἐνιαύσιον foret, id est, quô annorum differentiæ solebant notari, haud secus quàm apud nos series eorum à natali θεανθρώπε nectitur. Ociùs hîc mihi occurrunt Clarissimi COSS. C. Aurelius *Cotta* AM. 3698. ante C. N. 250. & C. Aurel. *Cotta* II. AM. 3702. ante C. N. 246. iterum C. Aurel. *Cotta* ante C. N. 199. L. Aurelius *Cotta* ante C. N. 143. idem annô 118. C. Aurel. *Cotta* anno 74. ante C. N. & annô 73. M. Aurel. *Cotta* anno 64. L. Aurel. *Cotta* & post incarnationem Dominicam M. Aurelius *Cotta* anno 20. C. Aurel. *Cotta* COS. A. U. DI. P. Aurel. *Pecuniolam* sanguine sibi junctum, quem obsidioni Liparitaniæ ad auspicia repetenda, Messanam transiturus, præfecerat, virgis cæsum gregalis militiæ munere inter pedites fungi coëgit, quod ejus culpâ agger incensus & penè castra fuerant capta. (t) Animosa & aureola C *Cottæ* COS. oratio ad Quirites, ut adversa tolerent, quam Aldus Minutius, Paulli F. C. Sallustio edit. Venetæ anno DLXVII. annexuit. *Nec callidam facundiam, neque ingenium ad malè faciendum exercuerat ille, avidissimus privatæ gratiæ maximas inimicitias pro Rep suscepit, voturus porrò & dedituras se pro ea.* De M. T. *Cicerone*, qui vixit A. M. 3900. ante C. N. 60. oratore & COS. Romano, antequam in Græciam abiret, Arretinæ mulieris libertatem contra *Cottam*, Virum disertissimum, defendente AU. 674. vide *Francisci Fabritii* hist. M. T. Ciceronis, (u) C. Aurel. *Cotta* AU 678. COS. cum L. Octavio fuerat, sed paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam Tribunatu. (vv) AU. 673. L. Aurel. *Cotta* Prætor legem

Cottæ ante C. N. celebres

apud Ciceron.

(p) *L. VII. c. 9* (q) *not. ad N. T. p. 5.* (r) *L. I. Var. lect. c. 11 seq.* (s) *L. I. antiquit. Rom. in præfat. ad lector.* (t) *Val. Max. L. II. c. 7. ext. num. 4.* (u) *edit. Helmstad. anno 1620. p. m. 84.* (vv) *Cic. L. III. de orat. Conf. idem Fabritius l. c. p. 10. 1. seqq*

legem tulit ad populum, ut Senatores cum Equitibus & tribunis æra-
riis judicarent. (x) Ejus & socii sui L. Manilii Torquati memitit
idem Cicero inquiens: (y) *memoriâ tenetis*, Cotta *& Torquato COSS.
complures in Capitolio turres de cœlo esse percussas, cùm & simulacra
Deorum immortalium depulsa sunt, & statuæ veterum hominum de-
jectæ, & legum æra liquefacta. Tactus etiam est ille, qui hanc urbem
condidit, Romulus* &c. AU. 689. Idem L. Aur. *Cotta* fuit Censor,
itaque *censorinus* homo dicitur pro domo sua. Maximè patrocina-
batur Ciceroni. Princeps enim rogatus sententiam dixit, nihil de Ci-
cerone actum esse jure, nihil more Majorum, nihil legibus, propte-
reaque lege illi non opus esse. (z) L. Lucinio Lucullo & M. Aurel.
Cotta COSS. Cicero annuo munere quæsturæ expleto è Sicilia pro-
vincia decessit. Hujus *Cottæ* gratiâ M. Antonius curationem nactus
totius oræ maritimæ, Siciliam omnesque provincias depopulatus est.
Hic Antonius erat pater M. Antonii Triumviri, qui in Plutarchi An-
tonio malè dicitur κρητικὸς. Scribi enim debebat κρήτικος. De *Cotta*,
Tribuno plebis, equitibus maximè favente agit etiam *Reiner. Reinec-
cius.* (a) Quomodo *Cottæ* & Triario Hierocheam Ponticam ceper-
int, victis Ducibus Mithridatis, ex aliis repetit *Sethus Calvisius.* (b)
Fortissimus Dux *Cotta* (uti Sylla) monarchis erat, notante *Coel.
Rhodigin.* (c) exque eo Cl. *Dornavio.* (d)

§. III. *C. Jul. Cæsar*, qui circa AM. 3900. ante C. N. 60. vixit, *Cæsarem,*
quartæ Monarchiæ Autor, præclarè & prolixè de L. Aurunculejo
Cotta legato, (e) De C. Fusio *Cotta*, honesto equite Romano, qui
rei frumentariæ, jussû Cæsaris, præerat, interfecto Idem. (f) *Joan-
nes Manlius* (g) pulcherrimum istud exemplum *Cottæ* & Sabini re-
petit, (h) inter quos etsi antea fuerit æmulatio, tamen in extremo
vitæ periculo fiebant optimi & conjunctissimi amici *Cotta* inciderat
in periculum. Sabinus accurrit & liberat eum. Hic in idem lapsus
discrimen à *Cotta* suo pariter redimitur. Sic populêre hostem. Ideò
in utroque felix fuit eventus, quia erant in illo summo periculo con-

 cordes

(x) *Cicer. Verrin. I. Vellej. L. II.* (y) *in Catil III.* (z) *Vid Fabritium l. a.
p. 233.* (a) von des Adels anfänglichem herkommen *p. 12. edit. Lips. 1576.* (b)
op. chronol. edit. IV. p. 394. (c) *L. XXIV. A. L. c. 4.* (d) *in Men. Agripp. p.
62.* (e) *L. V de B. G. p. 117. seq. p. & p. 121. seq. 124. edit ingolstad. in 8. 1611.* (f) *L.
VII. de B. G. p. 167.* (g) *in loc. commun. collectan. præcept. 5. p. 236.* (h) *è Cæ-
sar. L. V. de B. G. p. 120. seqq.*

cordes amici. *Si jam* (est votum Manlianum) *in Germania inter Principes & omnes Theologos* (ô utinam) *etiam tales conjunctiones animorum & voluntatum essent contra externos hostes, ah! quàm utiles & pulcræ resfierent.* Ea enim vera amicitia est idem velle & nolle, testante etiam Abrahamo. (i)

Diod. Sicul. §. IV. *Diodorus Siculus*, qui AM. 3920. ante C.M. 40. inter præstantissimos ævi sui micuit, ceu Luna ignes inter minores, meminit *Cottæ*, Præfecti Paphlagoniæ, quæ Asiæ minoris vasta est regio, ad quem *Sardanapalùs*, Rex Assyriorum, ingruente à Medis bello, ad securitatis gratiâ, tres filios duasque filias suas misit. Sic autem fatur: (k) Ὁ δὲ Σαρδανάπαλος ὁρῶν τὴν ὅλην βασιλείαν ἐν τοῖς μεγίστοις ὄσαν κινδύνοις, τοὺς μὲν υἱοὺς τρεῖς ὄντως, καὶ θυγατέρας δύο, μετὰ χρημάτων πολλῶν εἰς Παφλαγονίαν ἀπέστειλε πρὸς ΚΟΤΤΑΝ τὸν ἔπαρχον, ὄντα τῶν ἀρχομένων ἐννέσατον. Amplissimæ sanè fortunæ illustrisque dignitatis & spectatæ fidei Vir fuerit iste *Cotta*, cui Rex χρήματα πολλὰ, unà cum visceribus suis, commisit. Licèt enim ipse *Sardanapalus* sordidum nomen reliquerit, ut etiam *Justinus*, Trogi Epitomator, (l) eum *Virum muliere corruptiorem* dicat, ego tamen antiquitatem splendoremque hujus stirpis inde evicero. Alunt interdum Boni & probi Principes perversos infidosque ministros, & mali contra frugi Viros ac laude dignos, quos inter *Cottam* hunc colloco, donec contrarium mihi quis probaverit.

Livium §. V. Apud *Tit. Livium Patavinum*, latinæ historiæ Principem, (qui natus est A.U. 694. A.M. 3906. & decessit annô ætatis LXX. seu, ut alii volunt, annô Tiberii Cæsaris tertiô, annô Domini XIX.) habebimus ludos plebejos, à M. Aurelio *Cotta* & M. Claudio Marcello ter instauratos. (m) M. Aur. Cotta Decemvir, (n) in cujus mortui locum suffectus est M. Acilius Glabrio (o) De C. Aur. Cotta Prætore (p) & COS. idem (q) M. Aur. Cotta inter legatos Romanos ad Philippum Regem. (r) Idem, tanquam *L. Scipionis* legatus, Romam venit. (s) L. Aurel. Cotta Tribunus militum apud eundem. (t)

Ovidium. §. VI. *P. Ovid. Naso*, Poëta Sulmonensis, qui AM. 3925. natus & AC. XXI. apud Getas fato functus suo, adhuc *Maximum Cottam*

(i) *Gen. XIII, 8. seq.* (k) *L. II. p. 113.* (l) *L. I. c. 3.* (m) *L. XXII I. c. 30.* (n) *L. XXIX. c. 38* (o) *L. XXXI. c. 50* (p) *L. XXX. c. 26.* (q) *L. XXXI. c. 4.* (r) *L. XXX. c. 26.* [s] *L. XXXVIII. c. 52.* [t] *L. XL. c. 27.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [148] - 134

tam, grande præsidium suum, *mitemque* ejus *animum*, *altamque nobilitatem*, una cum fidei ejus constantia, gratus commendat.

Redditus est nobis Cæsar cum Cæsare nuper,
quos mihi misisti, Maxime Cotta, *Deos.* (u)
Quam legis à Nobis missam tibi, Cotta, *salutem,*
missa sit ut verè perveniatque precor.
Namque meis sospes multùm cruciatibus aufers,
atque sit ut nobis pars bona salva, facis.
Cùmque labent alii, jactataque vela relinquant,
tu laceræ remanes anchora sola *rati.*
Grata *tua est igitur* pietas. (vv)
Adde, quod est animus *semper tibi* mitis, & altæ
indicium mores nobilitatis *habent.*
Quas Volesus patrii cognoscat nominis autor,
quos Numa maternus non neget esse suos.
Adjectique probent genitina agnomine Cotta,
si tu non esses interitura domus.
Digne Vir hâc serie lapso succurrere amico,
conveniens istis moribus esse puta. (x)
Qui tibi quàm mallet præsens afferre salutem
mittit ab hirsutis, Maxime Cotta, *Getis.*
Legimus ô juvenis patrii non degener oris,
dicta tibi pleno verba diserta foro &c,
At nisi peccâssem, nisi me mea Musa fugâsset,
quod legi tua vox exhibuisset opus.
Utque fui solitus, sedissem forsitan unus
de centum judex in tua verba Viris.
Major & implêsset præcordia nostra voluptas,
dum traherer dictis annueremque tuis &c.
Utque loqui multum de me præsente solebas,
nunc quoque Nasonis nomen in ore tuo est. [y]

§. VII. Meminerit *Cottæ* licet aliquando falsè *M. Val. Martialis*, Vates Bilbilinatus, nobili Celtiberiæ oppido, (z) qui floruit AD. XC. Assuevit ille semper, judiciô C. Plinii, & salis & fellis plurimùm habere, neque candoris minùs. *Cottii* Regis & inter Divos relati, Alpiumque *Cottiæ*

Martial.
Cottius Rex
alpes Cottiæ

(u) L. II. *Pont. eleg.* 8. (v) L. III. *Pont. eleg.* 2. (x) *eod. libro & eleg.* (y) L. III. *Pont.* 5. (z) L. I. *epigr.* 10. & 24. L. X. *epig.* 88. L. XII. *epigr.* 89.

Cottiarum mentionem facit *Philippus Cluver.* (a) inquiens: *His* (Taurinis) *finitimi erant* Cottii *& Ideonni Regulorum regna in alpibus.* Cottiani *regni caput fuit Segusio, seu Segusium, nunc Susa. Cetera*rùm *per alpes* Cottias *ut plurimum utebantur viâ Romani ex Italia in Galliam commeantes.* Cottii *regnum patuit inter ortum & occasum à finibus usque ad Eborodunum oppidum; inter Septentriones* ac *meridiem à Grajis alpibus ad maritimas usque. Alpes istas Rex* Cottius *perdomitis Galliis, solus in angustiis latens, inviaque locorum asperitate confisus, lenito tandem timore, in amicitiam Octaviani receptus Principis, molibus magnis exstruxit ad vicem memorabilis muneris, compendiarias & viantibus opportunas, medias inter alias alpes vetustas.* In his alpibus *Cottiis*, quarum initium à Segusione oppido est, præcelsum erigitur jugum, nulli ferè sine discrimine penetrabile &c. Hujus sepulcrum Reguli, (*Cotty*) quem itinera struxisse retulimus, Segusione est mœnibus proximum, manesquè ejus ratione geminâ coluntur, (1) *quòd justo moderamine rexerit suos*, & (2) *adscitus in societatem rei Romanæ quietem genti præstiterit Sempiternam.* (b) De *Coto* autem lege sis C. *Jul. Cæsar.* (c) Ad *Cotym*, regiam progeniem, extat elegia Naſoniana. (d) Latinitatem in Digestis præter meritum suspectam ex variis, inprimis *Cottæ*, Popma, Vossio, &c. vindicavit Cl. *Kirchmayer*, Prof. Wittenbergensis, Amicus honorandus. (e)

Sepulcrum Cottii

Cotus, Cotys

Nostri Cottæ descendunt Romanis.

Burcardus

Bonaventura.

§. VIII. Nostros autem *Cottas* à Romanis descendisse, exque urbe primùm *Ferrariam* Thuringorum migrâsse, testis est Augustissimus *Sigismundus*, βασιλεὺς, κορυφὴ καὶ κεφαλὴ τῆς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἁπάντων, ut Cæsarem appellat *Chrysostomus.* (f) *Burcardus* enim, nobilis propago Romana, circa annum MCCCC. sedem hîc fixit ad Nessum. Filio ejus *Bonaventuræ I.* Toparchæ in Cottendorf & Civi Ilsenacensi, Idem laudatissimus Imperator, cujus Consiliarius erat, ob virtutem fidemque contra Venetos, Austriacos, aliosque tunc Imperii hostes, animosè & constanter præstitam, nobilia insignia, dudum abs *Ottone III.* circa annum millesimum jure hereditario data, denuò

(a) *L. III. Geograph. c. 24. p. 282.* (b) *Ioann. Phil Vorburg. Hist T II. p. 427.* (c) *L. III. de B. C. p. 347.* (d) *L. II. Pont. 9.* [e] *in disput. cujus rubrum: latinitas legalis præter meritum suspecta ex Pandectis juris eruta & vindicata c. 3.* [f] *homil. II. ad popul. Antiochen.*

denuò adauxit & splendidiora fecit Pragæ anno MCCCCXX. in vigilia S. Bartholomæi.

§. IX. Vix me contineo, quin in gloriam patriæ, stirpisque Amplissimæ magmentum, ipsas tabulas optimi *Sigismundi* promam: *insignia Cottarum nobilia.*

Wie **Sigmund** von GOttes gnaden Römischer König / zu allen zeiten Mehrer des Reichs / und zu Hungarn / zu Böheim / Dalmatien / Croatien etc. König / bekennen und thun kund offenbahr mit diesem Brieff allen denen / die ihn sehen / oder hören lesen / daß wir gütlich betrachtet und angesehen haben sollich Tapffer Leute biederkeite / Redlichkeite und Vernunfft / die **Bonaventura Cotta / Burckharts** Sohn / Römischer Ankunfft / und des Geschlechtes von **Cottendorff** aus Döringen / Sust Bürger zu Isennach / unser und des Reichs lieber getreuer an ihme hat / und auch solliche willige und getreue dienste / die er uns und dem Reich wieder die Venedier und Oestricher / und andre unsre Finde bewiesen / ferner zuthun willig und bereit ist täglich / und fürbaß thun mag in künfftigen zeiten / und haben darum mit wohlbedachtem muthe / gutem Rath und rechten wissen demselben **Bonaventuren** / und allen und jeglichen seinen Erben / diesse besondere Gnade gethan / und thun ihn in Kraft dieses brieffes / als seine vorderen unter ihre Wapen mit Nahmen einen Schildt mit einem gleich vor sich nach der Lincken boben im Blauen Feld stehenden Gelben / oder Güldenen Widder / und drey blauen Fußeysen / oder Lilia / derselben zwey auff einem Schwartzen / und eins allein auff einem Schwartzen Balcken in der mitte / wie die andre bober sich im weisen Felde / und ein Helm auff dem schilde mit einer rothen zur Rechten / und Blauen zur Lincken hinder dem schilde abhangenden Helmdecken / und boben auff dem Helm ein schwartzen Balcken mit dreyen blauen Lilien / oder Fußeysen / bober sich und zwischen denselben auch ein Gelben / oder Güldnen Widder / hinter welchem fünff Haynrosen an ihren Zweygen / und derselben zwo Blauen zwischen dreyen empor gahn / us besondern Gnaden und Gütigkeit des **Edlen** und **Hochgebohrnen** Otthonis, Römischen Königs / vor zeiten Geführt haben / daß Genanter Cotta / und alle seine Ehliche Erben / zu besserung ihrer Wapen **ein weisen schildt mit einem Güldenrande / und in demselben drey rothe haynrosen zu der Lincken von boben zu unten / und ein halbe blaue**

Gilgen mit einem Güldenen bunde in der mitte zur rechten/ an städte der vorigen Fußysen / und uff dem helm eine Jungfrau / mit einem Rothen und blauen Rosenkranz uff ihrem Haubte / und Gülden ketten an ihrem Halß/ dazu ihr rechter arm und Helffte ihres Kleids von boben zu biß zu Mitten blau und ihr Unter-Kleid von der Mitte bis zur Lincken auch blau / und in der rechten hand eine halbe blaue Gylgen haltend / wie die in der Lincken drey rothe Rosen gleich den im Schildte bober einander / doch den lincken Arm biß zur mitten Roth / von oben zu unter / und das Niderkleid zur rechten auch Roth / darvon eine sonderbahre Helmdecke / Blau und Roth zu beiden syten des Schildtes hinabgaende / als denn dieselbe Wapen und Kleinot in dem Schilde und auff dem Helm in der mitte dieses Kegenbortigen unsers briefs gemahl / und mit Farben ausgestrichen sind / Und die wir auch ihn von neues Verleihen und Bestätigt haben / Verleihen / geben und bestätigen Ihn auch von Römischer Königlicher Macht und Vollkommenheit / und Krafft dieß Briefs und setzen und wollen von derselben unser Küniglichen Macht / daß Genandter Bonaventur Cotta und seine Ehliche Erben / dieselbige Wapen/ und Kleinot für baß mehre haben / und der auch in allen Sachen und Geschäfften zu schimpff und zu Ernst / und an allen Enden / in Streiten / Kämpffen / Thurniren / Gefechten / Pannieren / gezelten / Pittschafften / Kleinoten / Begräbnissen / u. d. m. Wie andre erbare Ritter und Edelknechte / unser und des Heiligen Reichs Rechtgebohrne Wapen- und Lehn-genossen / von Allermänniglich ungehindert führen und gebrauchen sollen und mögen. Und wir gebieten auch darum allen und jeglichen Chur- und Fürsten / Grafen/ Edlen-Rittern und Knechten / Amtleuten / Burgermeistern / Rathmannen / Herolden / und sust allen andern Unser und des Rchs Unterthanen und getreuen / ernstlich und vestiglig mit diesem Brief/ daß Sie genandte Bonaventur Cotten / und seine Ehliche Erben und nachkommen / an den Vorgemahlten Wapen und Kleinot/ für baß nicht hindern noch irren / sondern sie derselben für und für ewiglichen allen enden gebrauchen lassen / als Lieb sey unser und des H. Reichs grose und schwere Ungnade / dazu eine straffe nemlich Vierzig Marck löriges Golds / welches der hierwieder thut / jeglich

mahl

mahl in Unser und des Richs Cammer verfallen seyn soll / zu vermeiden / doch Unschädlich allen andern / die Vielecht in diesem gesippe der Cotten dir vorgemahlten Wapen gleich führten unsern Wapen und rechten. Zu Uhrkund dieß Briefs Versiegiet und mit unserm Königlichen Majestät Innsiegel Bekräfftigt. Geben zu Prage nach Christi Geburt viertzehnhundert jahr und darnach in dem Zwantzigsten jahre an S. Bartholomäus Abend des Heiligen Zwölf boten / unser Riche des Hungerischen in dem vier und Dreisigsten / und des Römischen in dem Zehnten Jahre.

§. X. Ab isto die familia *Cottarum* urbem nobilitavit nostram, eique consilio & industriâ prudenter præfuit. *Henricus I.* Senior vixit adhuc circa annum MCCCCLXXVIII. *Is enim mihi vivere demum atque animâ frui videtur, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærit.* (g) Iste *Henricus* tres genuerat filios *Henric. I.*

I. *Conradum*
II. *Joannem*
III. *Fridericum.* *filii.*

Illi fasces suos detulit patria, ut officii memor consuleret, & cuique suum daret. *Iste*, *Sapiens* dictus, ad idem Consulatûs fastigium surrexit annô MDXXV. uti *Fridericus.* Conradus ex *Ursulâ Schallbia* suscepit *Bonaventuram II.* Consulem & Mercatorem urbis primarium, ac *Henricum II.* etiam Consulem, sed in cælibatu extinctum. *Bonaventura II.* duxit *Elisabetam Nebelungiam*, & genuit quinque filios unamque filiam, *Bonaventura II.*

I. *Conradum II.* ditissimum Mercatorem, cujus adjutorium erat Christina Aurbachia. *filii.*

II. *Bonaventuram III.* Centurionem Gothanum maximè Strenuum, qui cælebs decessit.

III. *Reinhardum*, qui in acie cecidit,

IV. *Danielem*, Salutiferæ Artis Doctorem eximium.

V. *Jeremiam I.* Consulem urbis, qui annô MDLVII. natus, annô MDXCVII. cum *Ottilia Dônelia*, Nobilissimi Viri *Thomæ Bachofii*, Patritii Coloniæ in Ubiis & Consulis Gotani, vidua sacro vinculo nexus, annô conjugii XXI. Eminentiæ Consulatus XXV. ætatis LXIII.

[g] *Sallust. in conjurat. Catin.*

LXIII. annô Christi verò 1620. 30. April. elatus est. Ottilia ejus piè denata 1656. ipsô natali Dominico ætatis suæ 88. Unica Bonaventuræ filia erat *Anna*, uxor *Conradi Iftlandii*, metallifodinarum Præfecti, (quem vulgò den Edlen Curt von Ifftlandvocabant,) quâ defunctâ duxit nobilem Boyneburgiam. *Henricus II.* seu junior. Consul Ilnacensis, & ingens mœstis præsidium reis, Vir amplissimæ fortunæ & conditionis, magnusque studiorum fautor, Commensalis Luteri in *albo* ad Albim *monte*, cum quo, ceu familiari suo, frequentiùs commercium literarium habuit, cujus multa specimina ad huc supersunt. Peccati stipendium obtinuit in ipso Consulatu anno 1565. 17. Junii. *M. Christoph. Winerus*, P. L. C. hoc ei posuit monumentum: (h)

Henris. II.

Cotta, *sub hoc tumulo gelidâ coopertus arenâ,*
qui fuit Isiacâ Consul in urbe, jacet!
Hunc Commensalem Pater ipse Luterus *habebat,*
Albidas ad docta pulcra theatra schola.
At Themis edocuit perplexa anigmata juris,
tradidit & fasces patria cara suos.
Obruit ante diem lacrymoso funere spasmus,
corpora constituens sensibus orba suis.
Nunc inter sanctos cœlesti vivit in aula,
cumque Deo vivis invia regna tenet.
Tu, quisquis legis hæc oculo properante viator,
ut Cottæ *recubent molliter ossa, pete.*

uxor ejus.

Socia ejus *Catharina Aurbachia*, quæ postea in amplexus cucurrit *Petri Clari*, Regii Commissarii, & hôc defunctô ducta est à *Christophoro Hartmanno*, Aulæ quondam Vinariensis in Galliam Legato, postea Senatore Ilnacensi, quêis tribus Maritis ipsa splendidum monumentum fecit anno 1589. in quo ita de *Henrico* suo:

& tumulus.

Henricus *claro* Cottarum *sanguine cretus,*
primus erat thalami parsque decusque mei.
In patria hic teneris est castra secutus ab annis
Musarum, juvenes ut decet ingenuos.
Inde abiens celebres se contulit Albis *ad undas,*
ingressus muros est, Witeberga, *tuos,*

Tempore

[h] L. I. *Tumulor. p.* 9.

Tempore cùmque brevi doctâ vixiſſet in urbe,
cœpiſſetque Sophis notior eſſe Viris.
Ipſum, cèu natum, eſt complexus amore Luterus,
fecit eum hoſpitii jure domûsque frui.
Poſt Ingolſtadium *venit, ac* Paduamque *profectus*
Pieridum claris ora rigavit aquis.
Hinc poſtquam in patriam feliciter ergo reverſus,
commiſſum eſt ipſi Conſulis *officium.*
Hic patrias leges defendens publica juvit
commoda: ſe legi ſubjicit ipſe ſuæ
Acer erat ſcelerum vindex & cultor honeſti,
juraque reddebat civibus æqua ſuis.
Aſt ubi luſtra decem cumque uno impleverat anno,
ſummum clauſit huic invida Parca diem &c.

Ipſa demum *pietatis omniumque Virtutum, inprimis erga Eccleſiæ ſcholæque miniſtros, aliosque egenos liberalitatis & beneficentiæ laude præſtantiſſima* Matrona, (ut epitaphium ejus habet) annô 1608. 15. Junii viam univerſæ vanitatis ambulat. (*i*)

§. XI. In literis *Hermanni Bömelburgii*, hujus nominis III. Abbatis Corbeienſis XLIX. annô 1483. teſtes inter reperi *Benedictum* Abbatem. *Codam* Abbatem. Malim legere *Cottam*. Dicitur quidem *Coda*, ploſtrum, cloſtrum, plodo, pro *cauda*, plauſtrum, clauſtrum, plaudo. At cùm nomen gentilitium appoſuerit *Benedictus*, vix à *cauda* traxerit iſtud, licèt amanuenſis minùs orthographicè ſcripſerit. Hic *Cotta* an Burſfeldenſis, ſeu Reinhardifontanus Abbas fuerit, (unus autem fortè ex illis,) certò indagare non potui. Id ego crediderim, fuiſſe ex *Cottis* noſtris. Firmat hanc conjecturam *M. Michael* Himmel noſtras, vir eruditè doctus, & Rector olim inclyti Gymnaſii Hirſchfeldenſis, qui de familia hac ſic in epiſtola ad *M. Joannem Oldendorpium*, Antiſtitem Iſnacenſem. (k) *Celeberrimi ſemper in patria mea fuerunt* Cottæ. *Qui nobis bonos Theologos, Juris legumque peritos, inſignes Medicos, fortiſſimos milites, imò Abbates dedêre, patriæ ſuæ omnes amantiſſimos, ut ideo meritò præ multis aliis perpetuâ laude ornandi ſint.* Iſtum Benedictum (quod nomen fortè in cucullo acceperit) morbo attonito percuſſum refert vetus ſchedula, ex te-

Benedict. Abbas.

 culis

[i] *Vid. annal. m. Iſnac. ad h. ann.* [k] 3. *Maj.* 1572.

culis Avi mei materni M. *Franciſci* Himmels / Paſt. & Adjuncti Crucisburgenſis, mihi oſtenſa, cujus verba hæc ſunt:

pica. *Annô* MCCCCXCI. *Religioſus* Cotta, *quem* Benedictum *vocabant, & qui ad Præſulatum evectus erat, repente concidit. Cùm enim, precibus matutinis peractis, ad amicum in vicinia ad Wiſaram ſcribere vellet, pica loquax, quam in cella ſemper habebat, ſubitò in menſam volavit, alisque ſuis atramentarium dejecit in terram, ut bonus Vir rejectô calamô ad alia progreſſus ſit negotia; ſequente nocte apoplexiâ tactus animam exhalavit.* Si vera hæc narratio, utique memorabilis erit. Næ de *corvis* tria infauſta exemplia colligit *Valer. Maximus*, (l) quorum ultimum de Cicerone repetemus. Cùm enim ille in villa Cajetana eſſet, *corvus* in conſpectu ejus horologii ferrum loco motum excuſſit, & protinus ad ipſum tetendit, ac laciniam togæ eò uſque morsû retinuit, donec ſervus, ad occidendum eum milites veniſſe, nunciaret. *Plutarchus* ita de fatis Tullianis:

& corvus inauſpicatus.

fata Tulliana. Cicero, inſit, *Aſturam delatus, navem, quum nactus fuit, ſubitò conſcendit, & oram legens* Circæum *uſque vento pervenit. Inde ſolvere gubernatores cùm pararent, vel maris metû permotus, vel Cæſaris fidem non planè deſperans, in terram egreſſus eſt, & millia paſſuum XIII. ferè pedibus Romam verſus progreſſus, animi pendere cœpit, ſententiâque mutatâ rurſus ad mare deſcendit, ibique noctem gravibus & incertis cogitationibus traduxit: adeo ut in animo haberet, Cæſaris domum clam ingredi, ſibique ante lares ejus manus inferre, atque ita furiales intemperias illi impingere. Sed ab ea ratione cruciatûs metû depulſus, alia rurſus tumultuoſa conſilia in pectus inſtituit: & ſervis ſe ad* Cajetam *deportandum navigio commiſit, ubi prædia habebat, & blandum æſtate Eteſiarum diebus perfugium. Eſt ibidem ſuprà mare ſacellum Apollinis, unde* corvi *cum clangore ad Ciceronis navem, quæ ad littus appellebatur, conſeſtim advolârunt, atque ex utraque parte antennæ inſidentes partim crocitârunt, partim rudentum capita roſtris tutuderunt; idque ſignum omnibus infauſtum eſt viſum. Cicero tamen egreſſus in villam ſe recepit, & quieti dedit. Ibi corvorum magna pars triſti voce ad feneſtram aſſedit. Unus in lectum devolavit, & roſtrô veſtem, quâ Cicero tectus erat, paulatim ab ore ipſius removit.* Hæc Plutarchus. Ex his autem cognoſci-

tur,

[l] L. I c. 4.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [156] - 142

tur, apud Eundem ἐς κοπίτας mendosè non pro *Capua*, sed *Cajeta* legi, quamvis Appianus *Capuam* nominet, ad quam fuerit hæc Ciceronis villa. De *apibus* similia exempla protuli nuper. (m) Junge *D. D. Petri Mülleri*, Profess. Jenens. celeberrimi, Fautoris honoratissimi, disputationem *de jure apum*. [n] Sed ad *Cottas* nostros.

§. XII. *Ursula Cottin* animam Deo reddidit anno 1511. cujus epitaphium in æde Georgiana tale: *Ursula Cottin*

Nach Christi unsers Herrn Geburth anno 1511. auff So nachend nach Cathrinen ist die Erbare und Tugendsame Frau Ursula Cottin in GOtt verschieden / der GOtt genade Amen.

Maximus & splendidissimus omnium, cunprimis nobilium, matronarum titulus hic, ipso Deo teste. (o) Hæc *Ursula* nutritia & benefactrix *Luteri* fuit, *Conradi Cottæ* vidua, cujus liberalitatem ipse specialiter commendat. (p) Cùm enim aliquando tertias ædes nunc frustra pulsans, vacuus & subtristis discedere veller, pia hæc *Sunamitis* miserta pauperculi in ædes suas recepit, mensamque liberaliter præbuit. De hac sua hospita retulisse fertur: *hospita Luteri.*

Es ist kein besser Ding auff Erden denn Frauen Liebe / Wems mag werden. Quam glossam subjecit Proverbiis. (q) Ea verò sinistrè à nonnullis explicatur; sed vide tu *defensum Lutetum D. Ioannis Mülleri*, (r) & ejusdem *defensionem defensi Luteri*. (s) Rentur etiam alii, viduam istam habitâsse in suburbio Georgiano. Alii asserunt, domum ejus fuisse in platea Georgiana, Ubi postea *Joannes Ernestus*, Princeps Saxoniæ, stabulum habuit. Et in suburbio & in platea habitare potuit Luterus, sed diversô tempore. Cùm verò Scholastici mendicantes non in suburbia currant, utique hæc matrona intra muros habitaverit. (t) Illustris Dominus *Vitus Ludovicus à Seckendorf*, Eques Francus, Consiliar. intimus Saxon. & Brandenburg. (u) in repetita ista anno 1573. visitatione ecclesiastica Saxonica ad instantiam Ordinum Provincialium, visitatores inter etiam nominat *Joannem Cottam*, COS. Isnacensem. *Ioann. Cotta*

§. XIII. *Ursula* Schweickeri conjux, obiit 17. Maj. 1572. cujus tumulum *Ursula altera.*

[m] in der Zeitkurtzenden erbaulichen Lust *num.* 236. [n] *c.* 1 §. 3. [o] *Prov.* XXX. 10 *seqq.* [p] *colloq. mens. t. f.* 320. *b* [q] *c.* XXXI. 10. [r] *c. VII. p.* 90. *seq.* [s] *c.* VII *p.* 26. [t] *M. Nic. Rebhan. L.* I. *Hist. Eccles. Isn. MS.* [u] *in hist. Lutheranismi L.* III. *sect.* VII. §. 25. *addit* 3. *f.* 70. *b.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [157] - 143

tumulum *Winerus* (vv) venusto carmine coronavit. In epitaphio ejus ita:

Ursula Schvveicketi *conjux de sanguine* Cottæ
divitis hic jaceo, dives & ipsa fui.
Patria me coluit matronas inter honestas,
& prælata quidem his omnibus ipsa fui, &c.

Margaretha Cottin. *Margaretha Cottin* primò *Ioannis Osvvaldi* COS. deinde *Ioannis Leonis*, Quæstoris Gotani, conjux, fatis cessit d. 8. Sept. 1574. Monumentum fieri curavit *Ioannes Schubartus* gener in templo Augustiniano Gothæ. (x)

Ierem. Ir. §. XIV. *Ieremias* I. reliquit *Ieremiam* II. & filiam *Elisabetham* cui quintus vitæ annus ultimus erat. Ille natus in urbe anno 1600. 17. Januar. Socia ejus Nob. & Consultiss. Viri Domini D. *Ioannis Rugeri* Pro Cancellar. Ducal Saxo-Isnacens. unica filia, quæ undecies eum parentem fecit. Nomina sunt: 1. *Ioann. Georg.* nat. anno 1626. 22. Jul. factus U. J. L. & Præfectus Silicienſis Illustrissimorum Dominorum de *Goertz*. Uxor ejus *Anna Sabina*, Christiani Martini, Senat. Isnac. filia anno 1649. 5. Nov. ipse obiit Siliciæ 1658. ipsa verò Isnaci 1689. Reliquit *Ieremiam* III. qui natus 17. April. 1653. & anno 1678. 8. Decembr. febri malignâ in castro Philippsburgico, tanquam Medicus Cæsareus, præmaturè occubuit.

Ioann. Georg.

Barbara II. *Barbara Sabina*, nat. 1628. conjux Tobiæ Kleyji, COS. Isnac. obiit 1654.

Christ. Bonavent. III. M. *Christoph. Bonaventura*, P. nunc & Inspect. Eccles. indistrictû Voilsbergico, nat. 1630. 1. Maj. Duxit *Mariam Christianam*, Nic. Rhönii, integerrimi Viri & Poligraphi Isnac. filiam.

Cathar. Ottilia. IV. *Catharin. Ottilia* nat. 1632. 2. Maj. uxor *J. Georg. Heervvarti* J. U. D. Consil. & Cancell. Wertheimensis.

Christ. Frider. V. *Christian. Frideric.* nat. 1634. 10. Sept. Ecclesiastes Sontheimensis in Præfectura Liechtenbergica, duxit Nobiliss. Virginem *Dorotheam Euphrosynem*, Generosi & perstrenui Viri Domini Marci Ludovici Neumayeri à Ramsla, in Gerbstad Hereditarii, filiam primo genitam.

Casp. Conr. Christin. Marg. VI. *Casp. Conrad.* nat. 1636. obiit in Suecia 1660.

VII. *Christin. Margaretha* nat. 1638. conjux *Joach. Nicol.* Heydenreichs / Consil. quondam Cameræ Waldeccens.

VIII.

[vv] L. II. *Tumul. p.* 45. [x] *Idem lib. cit. p.* 47.

VIII. *Anna Sophia* nat. 1640. D. *Ioann. Purgoldii*, Aulæ urbisque Isnac. Med. conjux. *Ann. Soph.*

IX. *Anna Maria* nat. 1643. *Wilhelm. Zeschii* S. Th. D. & Superint. Wertheimensis conjux. *Ann. Maria,*

X. *Ernest. Henricus* nat. 1645. Centurio olim Cæsareus, postea Commissarius bellicus in Ducatu Altenburgico. *Ern. Henr.*

XI. *Dorothea Magdalena* nat. 1647. ociùs autem extincta. Omnibus quêis vitam prorogavit Deus iis quoque fæcunditatem dedit. Siquidem *Christoph. Bonaventura* sex filios & tres filias genuit. *Christianus Fridericus* duos filios totque filias, *Carolum Gotthardum* nat. 24. Jun. 1671. ociùs ereptum, *Christianum Hermannum* nat. 16. Jun. 1673. qui nunc in Illustri Gymnasio Sleusingensi virtuti & doctrinæ operam dat indefessam, bonæ indolis & optimæ spei adolescens. *Dorotheam Margarethan* nat. 22. April. 1676. & *Sophiam Mariam* nat. 15. April. 1679. De ceteris aliô die, ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, in recensione familiæ *Purgoldinæ* & *Heerwartinæ* fabimur prolixius. *Doroth. Magdal.*

§. XV. *Hieronymi Cottæ* COS. Isnacensis conjux *Margaretha Creutznacheria* anno 1568. tunc *Laurentii Letzii* vidua, quæ Georgium peperit Catharinæ, *Michaëlis Vogelii*, COS. Isnacens. F. maritum. Ille 1612. decessit; Hic decem liberorum Pater. *Hieronym.*

ejus liberi

I. *Catharin.*
II. *Joann.*
III. *Georg.*
IV. *Hieron. II.* COS. Isnac. qui anno 1628. 27. Dec. occisus est.
V. *Maria.*
VI. *Quirin.*
VII. *Benedict.*
VIII. *Christian.* COS. Isnac. cujus uxor *Anna Margaretha Breithauptia*, Joannis COS. F.
IX. *Anton.*
X. *Margareth.*

Christianus plures reliquit filios filiasque. Has inter *Christina Margaretha*, Nob. & Amplissimi D. *Casp. Stieleri* JC. conjux, *Justina Sophia* Dn. *Joannis Richardi Martini*, COS. Isnacens. marita & *Euphrosyne Catharina*, M. *Henr. Himmelii*, Past. Milani, secunda

conjux, nuper Erfurti defuncta. Ab his propaginibus *Cottæ* adhuc noſtri florent germinantque hîc & alibi. Qui enim à *Burcardo* & *Bonaventurâ* non deſcendunt, faceſſant hîc. Nihil ad rhombum facit nomen. Dicuntur paſſim ruſtici *Cæſares*, *Reges*, *Principes*, *Comites*, at quid inde? Vivant ergo glebæ ſuæ affixi, qui non ſunt deſcendentes *Bonaventuræ*.

Cottæ Rectores Reip. prudentes,

§. XVI. Uti autem veteres *Cottæ* Romæ ſemper imperârunt feliciter: ita noſtri patriam rexêre ſapienter. Miramur adhuc γνώμην καὶ τύχην eorum. Didicerant enim geminum iſtud Platonis præceptum. (1) *ut utilitatem civium ſic tuerentur, ut quicquid agerent, ad eam referrent, obliti commodorum ſuorum*, (2) *ut totum Reip. corpus curarent, ne dum partem aliquam tuerentur, reliquas negligerent. Ut enim tutela, ſic procuratio Reip. ad utilitatem eorum, qui commiſſi ſunt, non ad eorum, quibus commiſſa, gerenda eſt.* (y) Atavus *Chriſtiani Friderici*, cui Schediaſma hoc inſcripſimus, erat *Conradus*, proavus *Bonaventura* II. Avus *Jeremias* I. Pater *Ieremias* II. omnes Ampliſſimæ Reip. noſtræ Directores, ut hanc dignitatem duobus ferè ſeculis gens *Cottarum* geſſerit, & per traducem qs. acceperit. Quoties ergo, ô Mei, parvulis veſtris *Ottoniana* vel *Sigismundea* inſignia cum annexis privilegiis oſtenditis, ſimul iſtud *C. Salluſtii in Jugurthino* fideliter inſtillate. *Cùm Majorum imagines intuemur, accendatur animus ad virtutem. Scilicet non cera illa neque figura tantam vim in ſe habet, ſed memoria rerum geſtarum. Iſta flamma egregiis Viris in pectore creſcit, neque prius ſedatur, quàm virtus eorum famam ac gloriam adæquaverit*; aut iſtud Symmachi: (z) *ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus æmula alitur exemplô honoris alieni.* Majorum quippe gloria poſteris lumen eſt. (a) Quorum verò gloriam miramini, eorum res geſtas imitamini (b) Picti avorum vultus & ſtantes in curribus Æmiliani nihil aliud ſunt, quàm irritamenta virtutis, & grandes ſtimuli honores. Haud virtus eſt nobilem naſci, ſed nobilem ſe facere.

monitum,

Tu facito, mox, cùm matura adoleverit ætas,
Sis memor, & te animo repetentem exempla tuorum,
& pater Æneas, & avunculus excitet Hector. (c)

§. XVII.

(y) *Cic. L. I. Offic. p. 77. edit. Hildebrand.* (z) *L. X. epiſt 25.* (a) *Salluſt. in Jugurth.* [b] *Iſocr. ad Nicocl.* [c] *Virgil. L. XII. Æneid. V. 438. ſeqq.*

§. XVII. Vecors popellus magnos nobilesque Viros non virtute, sed fortunâ metitur, quæ tamen passibus semper ambiguis errat, & in improbos quosque cadit. Veram gloriam solus sapiens possidet, stultorum exaltatio ignominiosa. (d) Si quis tamen, COTTÆ, aut vetustatem opulentiamvè gentis vestræ, seu functiones eminentiores poposcerit, ubique togâ sagôque, domi forisquè eas monstrabitis inclytas publicè. Verè enim Nobilis Legum Doctor *Henricus Rœdigerus*, Advocatus patriæ Celebertimus & Poëta elegans, in carmine, quod in nuptiis *Joannis Purgoldi* M. D. & *Annæ Sophiæ*, olim decantavit, *ingenium vulgi,*

Quorum non ivit Cottarum *fama per aures?*
quos Christi cunas ante fuisse liquet.
Perlege desixo facundi pectore Livi,
Mnemosynæ sacrum vel Ciceronis *opus.*
Quot Cottas *Latiâ generosos urbe Quirites*
invenies? decuit quos toga, quosque sagum.
Cærula Cottarum *celebrem Germania stirpem*
insertam terris non dolet esse suis.

Et filius ejus D. *Henr. Ludovicus* JC. in eadem festivitate:

\- - - - *Urbs ipsa superbit*
ædificata jugis septem, quòd viderit olim
Magnanimos Cottas, *famâ super æthera notos.*

§. XVIII. Næ urbem, qualis *Ferraria* nostra est semperque fuit, Sedem Thuringiæ Hassiæque Principum & Saxoniæ Ducum, cate regere, ut cuique suum tribuatur, arduum opus & perennis gloria est. E tripode Tragicus Octavia.

Pulcrum eminere est inter Illustres Viros;
consulere patriæ, parcere afflictis, ferâ
cæde abstinere, tempus atque iræ dare,
orbi quietem, seculo pacem suo:
hæc summa virtus, petitur hâc cœlum viâ.

§. XIX. Sunt, qui mercaturam Nobili indignam judicant. Sed vadant isti ad Venetos, Florentinos, Genuenses, Batavos, aliosque & observent, quam præclarè suis civibus dominentur nobiles Mercatores. Honesta res est mercatura, exque usu Reip. fusiùs id probante *Cl. Berneggero.* (e) Laudabile etiam, quòd Doctores ex nobili *an Mercatura nobilem deceat?*

nobiles Doctores,

[d] *Prov.* III, 35. [e] *quæst. ex Tacit. miscell. num.* 17.

hac gente prodierint, quæ ideò omni cordato & sapienti erit nobilior. Quot Principes, Comites, & Equites olim Doctoris gradum ambierint, diximus nuper. (f) Vigore Concilii *Basileensis* (g) omnes Cardinales aut Doctores, seu Licentiati, vel tamen Magistri esse tenentur, ne alii nesciant scire eorum aliquid esse. Quod si fieret, adeò rudes aliquando non forent, quale ridiculum exemplum ex *chronico Hildesiensi* (h) recitant *M. Joann. Mich. Lang.* (i) & Excell. D. *Rechenberg*. Prof. Lipsiensis, Amicus venerandus. [k] Scilicet cùm in citato Concilio Basileensi anno 1434. Abbas quidam *S. Michaelis* monasterii intra Hildesium *Theodoricus Princkmann*, numerô XXVII. de persona esset realis, delectus est ad canendam Missam pro inchoando Concilio. Quam cùm solenniter expedivisset, unus ex Cardinalibus, auctoritatem ejus admiratus, insignem illum Doctorem Theologiæ aut Scholasticum esse ratus, adiit, eumque latinè alloquutus est. Tum verò ille, quid responderet, nescius, ad Diaconum suum se convertens, *quid*, ajebat, *respondeam, ne confundar*. Ille in aures ipsi suggessit: *nominate aliquot villas circa Hildesiam Stürvvold, Vorsche, Kavenstede, Dusserstede* &c. *Has non novit Cardinalis, & ita vobis bene constabitis*. Hoc cùm Abbas fecisset, Cardinalis ex altero quæsivit: *est ne Græcus vester Abbas?* cui Capellanus: ita, Domine! Tunc Cardinalis factâ reverentiâ recessit, & Abbas in pretio habitus fuit. Sic inscitia delusit ignorantiam.

§. XX. Nec est, quòd profani homines studium theologicum, idque practicum, infra dignitatem Nobilis collocent. Annon omnes in Germania Episcopi, omnesque Principum Ecclesiarum Canonici hodie nobiles sunt? dignitatem Theologiæ æstimamus à Deo, utilitatem à pietate, necessitatem à salute hominum. Quidni ea à generosis & nobilibus ingeniis piè tractetur? *Joannes*, Dux *Meclenburgicus*, factus est Lutetiæ Parisiorum S. Theolog. D. *Wallramus*, Comes *Juliacensis*, S. Theol. Baccal. & Licent. *Eberhardus* L. B. à *Sternberg* D. Theolog. *Andreas Virgineus*, Nobilis Pomeranus, primùs Theologiæ Doctor Torpati in Livonia. *Nic. ab Amsdorf* S. Theol. Lic. & Prof. Wittebergens. *Bartoldus à Krakevvitz* nobilis Rugianus,

(f) Zeitkürtzender Catholicismus p. 440. *seq.* (g) *sessione* XXIII. (h) *vid. T. II. rer. German. Meibom. p.* 523. [i] *in disp. inaugural. de veritate rei habit. Altdorf.* 1687. *coroll.* 26. [k] *in dissert. de ineptiis Cleric. Roman. literariis* §. 14.

nus, Theol. D. in universitate Gryphisvvaldensi Prof. nec non Ecclesiarum Pomeran. citerior. ùt & Rugiæ Superint. generalis, *Bernhart* **von Ziegler** / D. Theol. & Prof. Hebr. Linguæ in Acad. Lipsiensi, *Albertus à Motschen*, Theol. D. & Episcopus Misnensis. (l) Lutetus (m) solebat dicere: Equites, licèt contemnerent præ se literatos, tamen agnoscere, studium equestre esse inferius studiô literarum, ideoque abjectis *caudis equinis*, quas olim gestâssent, (n) nunc imposuisse sibi pennas, & habere eas in vertice capitis, tanquam tropœum à literatis positum. (o) Bonum ergò factum, quòd COTTÆ nostri, sacrô impulsi Spiritu, & Veterum exemplo accensi, *Justi* putâ, *Joannis*, *Benedicti* & *Justini*, quos omnes fuisse constat συνεργὸς Θεῦ, (p) etiam Sanctissimum hoc studium selegerint: Esse volunt nobiles Principum Consiliarii, Aulæ, venationum, stabulique Magistri, quidnî etiam servi Jesu Christi, & οἰκόνομοι τῶν μυστηρίων τῦ θεῦ; (q) Fuerat Moses legatus, legislator & Propheta Domini, & tamen omnis pompa titulus quoe jus sepulcralis: (r) *Moses servus Dei!* Sic Paulus (s) δοῦλον Ἰησῦ Χριστῦ se vocat. O felices tanti Domini famulos! Quid augustius, quid excelsius, quid nobilius de aliquo dici potest, quàm est *servus Dei*. Gloriamini ergo COTTÆ, Cives honorandi, quòd è lumbis Optimi Parentis vestri non tantùm prodierint æqui Jurisque Custodes, aut παῖδες Ἰατρῶν, Sed etiam Ministri dei, & oraculorum ejus interpretes; simulque adorate mirabilem, quæ cuncta gubernat, Supremi Numinis providentiam in conservanda familia vestra. Fuerunt Nobiles *Milani*, & *Farenrodii*: extincti sunt *Hellgrafii*, *Stella*, *Schalbii* & alii boni cives, Vos adhuc, Dei gratiâ, florentes & fœcundos colit patria, utinam perpetuò!

§. XXI. Unde autem (mussitat non nemo) Gens hæc nomen traxit suum? mihi κεφαλὴ (caput) & *Cotta* una vox est. Ab illa *Cottus*, ut Gaza vertit (κῶθος enim Numesio est golio) derivatur. Aristoteles vocat βοίτον, Gall. *chabot*, à capitis magnitudine. Est enim pisciculus grandi, lato & depresso capite, magnôque oris hiatu sine dentibus, tanæ piscatrici corporis figurâ & colore similis. Sic *Cotta* nil aliud foret quàm *caput*. Gentiles cùm singulis corporis partibus cer- *nomen Cotta unde?*

[l] *Albin. chron. Misn. p.* 279. [m] *colleq. mensal. c.* 37. *p.* 417. *edit. Lenens.* 1603. [n] *Reinecc.* von des Adels Ursprung *p.* 178. [o] *Conf. Sabin. not. in L.* XIII. *Metamorph. p.* 451. [p] 1. *Cor.* III. 9. (q) 1. *Cor.* IV. 1. (r) *Deut.* XXXIV. 5. (s) *Rom.* I. 1.

tos præfeciſſent Deos Deasque, ſolum *caput* Principi Jovi reſervabant. (t) Nillibi θαῦμα iſtud θαυμάτων, καὶ μέτρον ἁπάντων, iſtud τολμηροτάτης τῆς φύσεως ἄγαλμα, Zoroaſtri periphraſi, clariùs ſpeculabere quàm in *capite*. Huic præ omnibus reliquis membris ſummus debetur honor. Cauſas addit ex *Lindenio* Doctor quondam meus *Juſtus Cortnummius*. (u) Serpens, prudentiæ diſcalus, (w) inſidiis petitus & verberibus exceptus totum corpus verberanti objicit, modò *caput* ſalvum ſit; quô illæsô, ceteras plagas facilè perfert & ſanat.

Cottabi bubuli.

§. XXII. Quid autem *cottabi bubuli?* cave ſis tibi, ne *bubuli* in te *cottabi* crebri crepent? Græci in conviviis ſolebantè poculo reliquias vini arte quâdam in terram elidere, ut, phraſi Ciceronianâ, *reſonaret*, (x) idque κοτταβίζειν vocabant. Hûc reſpiciens Plautus, *cottabos bubulos* facetè vocat vel plagarum crepitus, qui eduntur, cùm ſervi corio bubulo cæduntur, vel lora ipſa, quibus flagellantur. (y) *Philippus Müller*, Eloq. & Poëſ. Prof. Jenenſis, (z) clariùs ita: erat παιδιᾶς πάροινον εἶδος, genus lusûs convivalis à Siculis inventum, quô, poſtquam ex poculo aliquantum hauſerant, amicorum, ſive amicarum ſuarum prolatis nominibus, (unde Siculis λάταξ ἀφροδίσιος dictus) humorem, ſive guttam reſiduam, (quæ Græcis λαταξικόττα βος, ξικόττα βος,) lævo cubitô innitentes, dextrâque manû molliter circumagentes, in æneam phialam, ſive pelvim, (quæ etiam κόττα βος dicta,) ſic effundebant, ut reſonaret. Quòd ſi eliſæ guttæ major ſonus ederetur, ab amico amaſiovè ſeſe diligi augurabantur. Ad hunc uſum calices, dicti κοττάβιδες, facti, & præmia ſtatuta, ſi quis dextrè *cottabum* faceret. De re omni vide *Athenæum*, (a) & alios apud *Taubmannum* citatos, nec non *Martin. Scapulamque* (b) ac *Stuckium*. (c) Species *cottabiſmi* hujus etiamnum obtinere non temerè perhibetur, cùm obverſum poculi os ad ſolum, ad unguem percutitur, cùm guttula reſidua quadræ, menſæ, vel pavimento inſpergitur, vel ungui, & inde reſorbetur: cùm vini reducis fontes menſas, triclinia, lectosque inundant, ut olim *Antonius* Triumvir ſellam curulem. Unde & Pollux τὸ κοτταβίζειν, & ἐπικοτταβίζειν per jocum accipi dicit pro ἀποβλύζειν i. e. vomere, dejicere; nec diſcrepat

λαταξικόττα βος.

Cottabiſmus hodiernus.

(t) *Roſin.* L. II. A. R. c. 19. p. 391. (u) *de morbo attonito* c. 1. §. 5. (vv) *Matth.* X. 16. (x) l. *Tuſcul.* (y) *Taubmann. Comm. in h. l.* p. 1371. *ſeq.* (z) *in diſp. de poculo ſalutis* c. 4. §. 65. (a) L. II. & XI. (b) *in lexic.* (c) L. III. c. 12.

pat vox germana Kotzen / seu Kotten. Quod consectarium poculariæ devotionis vulgo & frequentissimum noscitur.

§. XXXIII. Cetertùm ne turbemini, Amici COTTÆ, si quos reperiatis invidos. Non est certius bonæ indolis indicium, aut majus rei benè gestæ testimonium, quàm paucis placuisse. Plurimi enim, *ob ignorantiam recti*, (d) virtuti & doctrinæ suum pretium ponere nesciunt. Paucis natus est, qui populum suæ ætatis cogitat. (e) Justum & tenacem propositi Virum nihil prorsus mente quatit solidâ, etsi fractus illabatur orbis, impavidum ferient ruinæ. (f) Faxit Deus, ut nati natorum, & qui nascuntur ab illis, semper videant *Aurelios* & *Bonaventuras*! Denique si placeant civibus meis hujusmodi narratiunculæ, etiam reliquas dabo de *familiis* patriæ *mortuis*, nec non de *Purgoldina*, *Heervvartina*, *Himmeliana*, *Schellhasiana*, *Breithauptiana*, *Pfefferkorniana*, & aliis, cùm non patiar occidere, queis æternitas debetur, siquidem *omnes omnium caritates una patria complectitur*. (g)

invidia optandæ,

votum promissum.

DISSERTATIO XV.

De

PRISCÆ CATÆQUE SIMPLICITATIS, TITULIS.

§. I.

PEcunia (& tituli) sic cadunt in quosdam, *veluti denarius in cloacam*. (h) Prisca & casta simplicitas fumi fucique nescia bonos, doctos clarosque venerabatur Viros sine verborum lenocinio. At hæc teterrima ætas, summa ubique miscens imis, nihil arrogantiùs affectat quàm titulos, ut verè cecinerit *Palingenius*: (i)

Tituli indigno dati,

proh

(d) *Tacit. Agricol. c. 1.* (e) *Senec. epist. 79.* (f) *Horat. L. III, carm. de 3.* (g) *Cic. L. I, offic. p. m. 51.* (h) *Senec. epist. 87.* (i) *in Virg. p. 145.*

= = = *proh Di, nunc nomina tantùm*
magnifica, & claros titulos sibi quilibet optat,
arrogat, affectat, sequitur, rapit: ut meritò jam
& se asinus *pardum vocet, &* formica *leonem.*

eorum vanitas. *Hieremias Drexelius*, (k) Vir probus doctusque, prolixiùs enarrans, quàm fæda & misera res sit homo, tandem ita disserit: *interim nos miselli nomenclaturas ingentes teximus, speciosissimorum titulorum grandia nomina operose ambimus, & sine omni aurium vulnere audimus* Magnifici, Perillustres, felices, Pii, Potentissimi, Optimi, Maximi. *Quid amplius vultis? ô cinis & nihilum!* Ego, antiquæ simplicitatis cultor, questus meos historiolis aliquot veterum illustrabo & confirmabo.

§. II. Excellere fecit *Excellentiam*: illud verò ab *ex* & *cello*, pro quo nunc dicimus *cedo*. Antecello, præcello, excello, i. e. antecedo, *Excellentia.* præcedo, excedo. *Excellentia*, excedentia. Rarior, augustior, sanctiorque hic titulis olim Regibus, Impp. & Cæsaribus tantùm non proprius. Lacedæmonius autem *Agesilaus* nomine non potestate fuit Rex, sicut ceteri Spartani. Ex his verò, qui dominatum imperio tenuerunt, (i. e. qui nolentes in volentes dominati sunt, neque legibus alienis se obstringi patiebantur,) EXCELLENTISSIMI fuerunt. (l) Toto volumine suo vitas EXCELLENTIUM Virorum complexus est *Nepos*. (m) Karolus, quem ob res præclarè gestas *Magnum* dicimus, *Vir omnium Scriptorum præconiis attollendus, & in fronte statuendus eorum, qui pro Deo in partibus Aquilonis laboraverunt*, (n) dicitur EXCELLENTISSIMUS Imperator. In placito enim ad *Padi* fontes in Westphalia habito annô DCCCXV. exponunt Religiosi Corbeienses *Ludovico* Pio pium Glorioſissimi Parentis votum de construendo monasterio in honorem *S. Stephani* Proto-Martyris Christi, super fluvium *Wisera*, in villa regia, in loco nuncupato dudum *Hüxori*, quam Serenissimus Augustus ad præfatum monasterium cum omnibus finibus, terminis & pertinentiis suis tradiderat &c. *In præsentiam*, infit, *culminis nostri adducti attulerunt Domni ac Genitoris nostri Karoli* EXCELLENTISSIMI *Imperatoris quondam præceptum* &c. Annuens ergo *Ludovicus* & confirmans Optimi Patris volun-

(k) *in prodrom. æternitat.* (l) *Nepos. de Regibus c.* 1, (m) *vid. præf. ej. c. f. & Epaminond. c.* 4. (n) *chronic. Slavor. L. 1. c.* 3.

voluntatem porrò ait: *Idcircò placuit* EXCELLENTIÆ *nostræ prædictam villam, quæ dicitur* Hüxori *cum omnibus finibus* &c. *ad idem monasterium per hanc autoritatem jure perpetuo conferre, & de nostro jure in jus & dominationem prædicti monasterii præsentialiter tradere* &c. Literas recognovit Durandus ad vicem Fridagisi dat. VI. Id. Aug. annô Christo propitio X. Imperii Domini Hludovici Piissimi Augusti, ind. I. Actum Ingelenheim palatio regio in Dei nomine feliciter Amen. In præscripto traditionis apud *Brovverum* (o) Hludovicus Dei gratiâ Romanorum Imp. Augustus ita: Notum ergo facimus fidelitati vestræ, quod fidelis Secretarius noster *Rhobanus*, Venerabilis Abbas S. Fuldensis Ecclesiæ, adiit EXCELLENTIAM *Celsitudinis* nostræ &c. *Ludovicus*, Germaniæ Rex, in confirmatione jurium Corbeiensium & Herifordensium annô 853. regni sui vigesimô. Quapropter notum esse volumus, quomodo Venerabilis Abbas *Warinus* adiit EXCELLENTIAM nostram, suppliciter orans &c. (p) In diplomate *Ottonis I.* de libertate Ecclesiæ Hammaburgensis dat. II. Kal. Jul. annô Domini DCCCCXXXVII. Indict. X. annô regni Ottonis, Piissimi Regis I. Actum in Werlaha ita Imperator: Unde noverit omnium fidelium nostrorum præsentium scilicet & futurorum sagacitas, quod *Adeldagus*, S. Hammaburgensis Ecclesiæ Archi-Episcopus, adiens EXCELLENTIAM Serenitatis nostræ &c. (q) In confirmatione libertatum jurium que Corbeiensium facta ab *Ottone* II. *Luidolpho* Abbati XII. ita Cæsar: Unde noverit omnium fidelium nostrorum industria, quia adiens EXCELLENTIAM culminis nostri *Luidolphus* Abbas Venerabilis &c. Willigisus Cancellarius, vice Robberti Archi-Capellani, subscripsit, dat. V. Cal. Jun. anno 974. indict. I. annô regni Domini Ottonis XIII. imperii autem V. *Otto* III. in confirmatione privilegiorum *Ditmaro* facta eâdem utitur formulâ: Unde omnium fidelium nostrorum tàm præsentium, quàm futurorum noverit solers industria, quia adiens EXCELLENTIAM nostri culminis Ditmarus &c. Hildiboldus Episcopus & Cancellarius vice Willigisi Archi-Capellani recognovit. Dat. III. Kal. Aug. annô Domin. Incarnat. 995. indict. VIII. anno verò tertii Ottonis regnantis XII. Actum in Gandersheim feliciter Amen. Eandem habet *Conra-*

V *dus*

[o] L. III. *Antiquit. Fuld.* p. 220. [p] *vid. diss.* I. §. 3. (q) *Meibom. T.* III. *rer. German.* p. 739. *& Mader. in Syllog. veter. diplom. Ad. Bremens. annex. num.* 10.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [167] - 153

dus II. *Saliquus* dictus, in confirmatione *Drutmari*. Notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus, præsentibus scilicet atque futuris, qualiter venerabilis Abbas, nomine *Trutmarus*, nostram adiit EXCELLENTIAM suppliciter orans &c. Utheir c is Cancellarii vice Aribonis Archi-Capellani recognovit, Dat. XI. Cal. Febr. indict. VIII. Anno Dom. incarnation. 1025. annô verò Domini Conradi II. regnantis I. Act. G zlariæ. Cùm idem Imp. *Trutmaro* restitueret *Godelhemium*, eandem adhibuit formulam. Dat. Kal. Jul. indict. XI. annô incarn. Domin. 1028. Domini Conradi II. regnantis V. Imperii verò I. Act. Magdeburch feliciter Amen. *Henricus* III eâdem usus anno 1039. in lit. dat. Goslariæ. In diplomate, quo *Fridericus* II. Ministerialibus Ducis Ottonis infeudationem denunciat, & ut homagium & obedientiam ipsi præstent, mandat, alia inter sic: Quare fidelitati vestræ præcipiendo mandamus, quatenus Eidem Duci, dilecto Principi nostro, attendatis & obediatis, de cetero, tanquam Domino vestro, sibi fidelitatis juramentum secundùm consuetudinem Imperii exhibentes, ut ex fidelitate & devotione, quàm erga eum habebitis, de cetero meliùs commendari possitis, & tàm ipsum Ducem, quàm EXCELLENTIAM nostram ad grata vobis præmia conferenda pro meritis inducatis. Dat. Augustæ ult. Octob indict. IX. anno 1235. (r) *Udalricus Fridericus Güldenleu*, Regni Norwagiæ nuper Pro-Rex &c. *Summa Excellentia*, Ihre Hohe Excellentz, dicitur, volente ita Augustissimo Rege suo.

Celsitudo. §. III. Similiter Impp. voce CELSITUDINIS passim usi sunt. Is ergo (Watinus) petiit *Celsitudinem* nostram, in lit. Ludovici Germ. Reg. anno 853. *Arnulphus* divinâ favente gratiâ Rex, dat. XIII. Kal. Sept. anno 888. indict. VII. anno II. regni ejus, Act. ad curtem, quæ vocatur *Porta Naha* sic: Notum sit omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus nostrisque præsentibus scilicet & futuris, qualiter *Bovo*, Venerabilis Abbas, nostram precatus est CELSITUDINEM &c. Otto II. in lit. de anno 974. ita: Convenit nostræ Imperiali CELSITUDINI &c. Complacuit CELSITUDINI nostræ, ait *Ludovicus* in lit. suprà datis. (f) Et Karolus anno 887. indict. IV. in villa Wibilinga inquit: Noverit omnium fidelium nostrorum industria, quòd fidelis noster *Bobo* Abbas insinuavit AMPLITUDINI nostræ.

§. IV.

(r) *Meibom. T. III. rer. German. p.* 208. (f) *Conf. dissert. IV. §. 3.*

§. IV. Communis hodie vox ILLUSTRIS; at olim non erat sic. Etenim ILLUSTRIUM dignitas omnibus aliis superior. *Lotharius*, divinâ ordinante Providentiâ Imp. Augustus, confirmat donationem, quam *Esick*, VIR ILLUSTER, fecerat. Ipse *Karol. M.* D. G. Rex Francorum VIR ILLUSTER dicitur, ut duo testantur diplomata in chronico Laurisheimensi. Ego *Thassilo* Vir ILLUSTRIS, Dux Bojoariorum. (t) In confirmatione Vicariæ corporis Christi in æde B. Virginis Ilenaci ab *Adolfo* Nassovienſi, Antistite Moguntino, annô 1374. facta, *Elisabetha*, Hassiæ Princeps, ILLUSTRIS, SEU NOBILIS Domina vocatur, & *Landgravissa terrarum Hassiæ, quondam felicis recordationis* &c. In diplomate Conradino anno 1147. dato Francofurti. *Henricus*, Saxoniæ Dux, quem *Leonem* indigitamus, VIR ILLUSTRIS dicitur. *Karol IV.* Rom. Rex in lit. dat. Bonnæ anno 1349. indict. secunda Sept. Kal. Febr. Regnorum suorum anno tertio *Joannem*, Bohemiæ Ducem, ILLUSTREM nominat. Et Electores S. R. I. *ob summam Eminentiam* meritò olim ILLUSTRES dicti. (u) *Fridericus I.* in decreto Comit. Herbipolit. anno 1166. Angliæ Regem appellat ILLUSTREM amicum, *Henricum* gloriosum Anglorum Regem. Ipse Fridericus II. ILLUSTRIS titulô conspicuus. (w) *Sigismundus*, Poloniæ Rex, *Gotthardum*, Equestris Ordinis Teutonici in Livonia Magistrum anno 1561. ILLUSTRISSIMUM & *Magnificum* vocat. (x) *Illustris.*

§. V. Risum stomachumque mihi movent Monachi κατ' ἐξοχὴν qs. **Ihre Hochwürden** jam dicti. Utinam doctrinâ & moribus ostenderent, se venerabiles aut reverendos esse. *Marcvvardus*, Dei gratiâ præordinante *humilis* Sanctæ Fuldensis Ecclesiæ Minister; (y) *Folcmarus* novæ Corbeiæ *indignus* Abbas de anno 936. Ego *Wernerus peccator* & Abbas de anno 1078. Ego *Conradus humilis & indignus* Dei & Ecclesiæ *servus ac* Abbas de anno 1176. *Bartholomæus*, miseratione divinâ SS. Ecclesiarum Sanctorum Patriarcharum *Abrahæ, Isaac & Jacob de valle Ebron*, ubi eorum corpora requiescunt, *humilis Episcopus*, de anno 1257. Fuit seculum, (at heu mihi, quod fuerit!) quô Summi Antistites tantum REVERENDI dicebantur. Ne longiùs abeam, *Ihre Hochwürden. Reverendi Episcopi.*

(t) *vid. diploma apud Meibom. T. III. rer. German. p.* 192. (u) *D. Thulemar. in Oño Viratu c. VIII. p.* 110. (vv) *Idem l. c.* [x] *Chytræus L. XX. Saxon. p.* 593. *Conf. Conring. censur. diplom. Ludoviciani c.* 12. *p.* 212. *seq.* [y] *Brouver. L. III. Antiq. Fuld. p.* 265.

abeam, contemplare, qui velis, epitaphium *Nicolai Amsdorfii*, Theologi Nobiliſſimi & Doctiſſimi, in æde noſtra Georgiana. Annon ita ſonat?

Anno Domini 1565. 14. Maji iſt der **Edle und Ehrwürdige** Herr Niclaus von Amßdorff/ verjagter Biſchoff zu Zeitz und Naumburg in Gott Seelig verſchieden. *Reinhardus* Abbas Corbeienſis, & S. R. I. Princeps, ſimpliciter dicitur *Reverendus & Nobilis*: Dominus in Chriſto Pater Dominus *Reinerus à Boickholtz*, Imperialis & Exemti hujus Monaſterii Abbas de anno 1485. Epitaphium *Heinrici* Moguntini apud *Ioann. Leznerum* (z) tale: Annô Domini M. C. LII. nonis Sept. obiit *Reverendus* Pater *Henricus Felix*, Archi-Epiſcopus Moguntin. Ad Chriſtũ ſolpes, eat corporis hujus hoſpes! Canonici Mariani Ilſenaci paſſim dicebantur die **Erbare**/ die Würdige und Ehrſame: der Erbare Dechant: die Würdige und Erbare: die Erbaren Prieſter: die Liebe andächtige Thum-Herrn/ die Erbare fromme Prieſter etc. Omnis ornatus in tumulo *Rhöniano* hic eſt:

Im Jahr Chriſti 1603. den 6. Decembr. iſt der **Ehrwürdige und Wohlgelahrte** Herr **Georg Rhön**/ nach dem er 6. Jahr Collega Scholæ, 15. Jahr Diaconus, 2. Jahr Fürſtl. S. Præceptor, und 30. Jahr Superintendens zu Eiſenach geweſen/ ſeines alters 77. Jahr ſanfft und Seelig entſchlaffen. Ejusdem tenoris *Schœnhaarianum* monumentum:

Annô 1610 den 14. Auguſti iſt der **Ehrwürdige** und **Wohlgelahrte** M. *Fridericus* Schönhaar/ Superintendens alhiero/ im acht und funfftzigſten Jahr ſeines alters/ und im ſiebenden ſeiner Biſchofflichen verwaltung Seelig entſchlaffen.

Quid? quod ipſe Papa *Eugenius* à Friderico I. vocatur *Reverendus Pater*. (a)

§. VI. Næ, ſpuerent in me Nobiles & Conſiliarii Principum, ſi eos antiquâ phraſi **Ehrenveſt** vocarem, & tamen in ſaxo ſepulcrali *Philippi Berckii*, J. U. D. Conſiliarii intimi & Cancellarii Saxo-Ilſnacenſis, adhuc extat hoc elogium: Ehrenveſt/

Sonnabend den 19. Decembr anno 1612. iſt der **Ehrveſte** und Hochgelarte Herr **Philip Berck**/ der Rechten D. Geheimder Rath und Cantzlar. etc. Entſchlaffen. Olim Equeſtris ordinis Viri apud

[z] *chron. Daſſel. L. VI. P. I. c. 16. p. 84. B.* (a) *vid. diſſert. II. §. 7.*

apud Majores noſtros nominabantur ἐυανδροι, **Gutmänner**/ etiam **Erbare** und **Ehrenveſte**/ à radice nobilitatis ἀγερη. In Dania Nobiliſſimus quisque dicitur **Ehrlich** und **Wohlbürtig**. In literis de anno 1431. *Otto*, Dux Brunſvicenſis, audit **der Achtbare Fürſt** Tumulus *Birckefeldianus* titulum habet:

Der Geſtrenge/ Edle und **Ehrenveſte** Juncker/ **Georg von Birckefeld**/ Fürſtl. Sächß. Hoff-Rath allhie zu Eiſennach etc.

Eundem inſcripſerunt nobiles hæredes *Eberhardo de Thanna* **der Geſtrenge/ Edle** und **Ehrenveſte Eberhard** von und zu der Than **der ältere** etc. **Moritz von Stein**/ **der Edle und Ehrenveſte** Juncker/ Amtmann zum Liechtenberge anno 1549.

Imò in fundatione altaris cum duabus vicariis in æde Georgiana vocat *Luccardis de Frymarn* Sanctos, quorum memoriæ altare dedicârat, **die achtbarn Heiligen** annò 1397. ipsô die Dorotheæ.

§. VII. Splendidiſſimus Nobiliſſimarum Matronarum titulus **Erbar und Tugendhafft/ Ehr- und Tugendſam**. Anno 1541. auff den Sontag Cantate den 15. Maj. iſt **die Erbare und Tugendhaffte** Frau **Margaretha von der Tann**/ Gebohrne von Manſbach Wittbe etc. Anno 1567. den 8. Aug. iſt die **Erbare und Tugendhaffte** Frau **Anna von der Tann** Gebohrne Schenckin zu Schweinsburg/ des **Edlen und Ehrenveſten Eberharden von der Tann**/ Stadthalters zu Weimar/ Hauß-frau/ Seelig entſchlaffen etc. Anno 1574. 27. Nov. iſt die **Erbare und Tugendhaffte** Frau **Margareth von Harſtall**/ Gebohrne **Didin**/ &c. entſchlaffen. Anno 1626. 13. Maji iſt die **Wohledle** und **Ehren-tugendreiche** Frau *Beata* **Reutelin** Gebohrne vom **Berlebſch** etc. allhie begraben. Anno 1630 iſt die **Wohlgebohrne/ Ehr- und tugendſame Frau Margareth Chriſtina** von **Harſtall**/ Gebohrne von **Lerbach**/ Landvoigtin zu Creutzburg etc. entſchlaffen. Anno 1636. iſt die **Edle/ Ehr- und Tugenſame Frau Anna Margareth von Creutzburg** entſchlaffen. Anno 1637. 20. Mart. iſt die **Edle/ viel Ehr- und Tugendſame Frau Sibilla von Wangenheim** etc. entſchlaffen.

Erbar & Tugendhafft

Ipſe Dei Spiritus (b) feminam laude dignam ſingulariter commendaturus ait: **Wem ein Tugendſam Weib beſcheert iſt/ die/ die iſt viel Edler denn die köſtliche Perlen.**

(b) *Prov. XXX. 10.*

§. VIII. Cùm *Henricus*, Landgravius Thuringiæ, *Conradum*, Præpositum Cœnobii Jacobæi, in ripa Viertæ propè Crucisburgum anno 1253. in specialem suam tutelam recepisset, gratias iste egit in literis sequentibus.

Conradi Præpositi litera ad Henricum Landgrav.

Dei gratiam ex Dei gratia Principi Illustri *HENRICO* & omne salutis bonum. Proba mens brevis esse solet in actione gratiarum, cùm superbia & adulatio pompam, strepitum & prolixitatem amare solent. Gratias igitur habe humiles, *HENRICE* gratiose, pro gratia, cujus radiis me perfudisti. Expectabis præmium ab illo, qui nec fallit, nec fallitur unquam. Magnus terrarum Dominus es, quia *humilis* es. Humilitas est centrum, fons & radix omnis magnanimitatis. Pusillum ego lutum sum & abjecta creatura, coram Deo tamen hâc gratiâ donatus, ut *Reverendus* dicar. *Excellens* & *excelsum nomen* hoc, si esse possim, quod esse debeam. *Degeneres* quidam monachi, & *lasciva* sororesmajores, quàm decet, titulos sitiunt. Maximus omnium, si quis revera *pius* & *bonus* dici queat, quod *Illustris Vestra Dominatio* etiam probat. Monui moneboque sorores meæ correctioni Commissas, ut post pietatem, quæ summa virtus est, & omni virtute divinior, *virtuosæ*, *modestæ* & *honestæ* in verbis & operibus suis inveniantur, ut sine mendacio nominentur (die Frommen/Ehrbarn und Tugendvollen Jungfern) *piæ*, *modestæ*, *omniumque virtutum plenæ virgines*. Tales etiam *devota Vestra Celsitudo* optat, quod Bonum votum est. Deus gratiâ suâ Eam augeat & coronet in secula seculorum Amen. Ex cella mea in littore Werthæ anno 1253.

Laus & decorum humilitatis.

§. IX. Ita excellentissima omnium virtutum humilitas est. Sine hac nec solidum nec stabile quid sperabis unquam. *Licet autem ipso nomine vile quidpiam & exiguum præ se ferre videatur, virtus tamen magnorum est: quoniam est virtus perfectorum, animumque erigit ad altiora. Illustria aggreditur sine tumoris periculo, ardua sine metu difficultatis, excelsa, strenua, magnifica, eôdem semper tenore subsistens. Non consistit humilitas, ut vulgus putat*, in mera sui despicientia & abjectione, *sed in ea moderata gloriæ & honoris appetitione, quæ & excessum devitet, & à defectû recedat. Appetit humilis gloriam*, tanquam stipendium virtutis, *animo directè in actionem intento, non propter ostentationem, sed ob* solam virtutem, *& quantum ipsa deposcit. Illegitimus enim omnis honor, quem virtus non parit.* (c) Glo-

ria

(c) *D. Ioann. Bona in manuduct. ad cœlum c. 34. p. 337.*

ria Paullina erat *testimonium conscientiæ.* (d) Hôc præmiô contentus (vanam) gloriam non requiret. (e) Magnum quippe argumentum est *animi ab altiori sede venientis*, laudes hominum aspernari, & *se ipso contentum esse.* (f)

DISSERTATIO. XVI.

De

WALONE,

ABBATE CORBEIENSI XV.

AB HENRICO II. IMP. PER MEINWERCUM, ANTISTITEM PADEBORNENSEM, OFFICIO ET DIGNITATE PRIVATO CIRCA A. C. M. XV.

§. I.

VValo depositus.

HOsedo, sexto regiminis sui mense, ob exustam Corbeiam, mœrore confecto successerat circa annum MXII. *Walo*, quo de nihil narrant fasti monastici præter *depositionem* ejus, pomposè & prolixè ab aliis recitatam. *Cæsar* enim *Baronius* (g) ait: Henricum Imp. Cluniaco recedentem, Corbeiamque se conferentem, *solutum nimis ejus Abbatem, Walonem* nomine, *nec disciplinam regularem suscipientem, sed repudiantem*, per Meinvvercum, Padebornensem Episcopum, privandum curâsse. *Gobelinus Persona* (h) ita: Hôc tempore *Meinvvercus* Episcopus (cujus origines Meibom. (i) ex *Desterbandiis* derivat. & quorum comita ûs Idem meminit *Gobelinus*, (k) voluit monasterium Corbeiense *causâ corruptionis* visitare. Sed *Walo* Abbas Episcopo restitit. *Quare, ad instantiam Episcopi,*

(d) *II. Cor.* I. 12. (e) *Macrob. L. II. in somn. Scipion. c.* 10. (f) *Bona lib. cit. c.* 9 *p.* 115. (g) *T. II. annal. ad ann* 1015 *num* 1. (h) *Cosmodr. ætat. VI. c.* 52. (i) *in not. ad L. III. annal. VVittich.* (k) *lib. cit. c.* 53.

Episcopi, Abbas ab Imperatore ab Abbatia depositus est. Hæc verba exscripsit *Krantzius* (l) & autor *Catalog. Episcop.* Padebornens. licèt neuter *Gobelini* meminerit. *Autor vitæ Meinvverci* (m) inquit: *Episcopus audiens denegari sibi celebraturo paramenta per custodem, nomine* Bosonem, *conventum intravit, &, habito ad Fratres verbo de Prælatorum reverentia, & de subjectorum inobedientia, ad satisfactionem injuriam facientem & consentientes humiliter curavit dicens:* & debere & decere eos honorem deferre Sedi, in cujus consisterent Diœcesi, & agnoscere cathedræ potestatem.

quando? *cur?*

§. II. Ita: depositus est *Walo:* Sed *quando, quare,* & *cujus auctoritate* id factum sit, nunc dispiciemus. *Baronius* cum *Ditmaro* (n) annum habet 1015. *Autor vitæ Meinvverci* (o) 1017. Causam omnes ferè dicunt *corruptos Walonis mores, & collapsam cœnobii disciplinam,* licèt ab *Henrico Segenbert* (Zitgenhirt) Höxariensi, sedulo antiquitatum patriæ suæ compilatore, (p) expressè vocetur *sanctus,* & à Ditmaro (q) *pius,* nisi cum *Brovvero* (r) sphalma credas typographicum ita emendandum: *Illic Waal, Corbeiensis Abbas,* prius à *cura suspensus deponitur.* Auctor vitæ Meinvverci ait (s) ipsum *fortuitò* Corbeiam transisse, & in memoriam S. Stephani pro se suisque omnibus sacram hostiam Deo immolaturum eò divertisse. Cùm verò collapsam disciplinam animadvertisset, canonicè eandem correcturum à *Walone* expulsum esse. Ideo *Henricum* Regem adiisse, (quem *Claudum* dicimus, non ab angelico contactu, sed ex feræ incursu, (t) utque, *Walone* rejecto, *Drutmarus* succederet, obtinuisse. Idem ajunt *Kersenbroch* (u) & *Leznerus.* (vv) Si *fortuitò* transiit, Missam lecturus in monasterio, cur tamen *corruptionis causâ* visitavit? (x) *Ditmar.* inquit: (y) Imperatorem in vigilia Pentecostes ad *Immelshusen* venisse, illic cum *Meinvverco* Antistite hanc sanctam festivè ducturum solennitatem. Illic *Walonem* depositum fuisse, unumque ex *Larshemensi,* monasterio *Drachtmer,* (Trutmarum,) *sine Fratrum consensu,* substitutum. Itaque omnem congregationem,

(l) L. IV. *Metrop.* c. 4. (m) c. 43. (n) L. VII. *chron.* p. 191. (o) *loc. cit.* [p] *in diar. M. S. Part. II.* p. 43. [q] *l. c.* [r] *in not. ad vit. Meinvverci* p. 106. [s] *loc. cit.* [t] *Brovver. L. III. Antiquit. Fuld.* c. 15. p. 255. [u] *in catal. Episc. Padeb.* [vv] *in hist. Ludov. Pii edit. Jes.* c. 27. p. 83. [x] *Gobelin. l. c.* [y] l. c.

gationem, exceptis novem fratribus, flentem abiisse, ut *Luidolfus* Abbas prædixerat.

§. III. Si Meinvvercus *devotionis gratiâ* sacrum peracturus Missæ sacrificium, ut *Kranz.* vult, (2) aut tanquam vicinus Episcopus venisset, *amicè* moniturus Walonem cum fratribus, ideoque expulsus fuisset, parùm modestè egissent Corbeienses. Si verò *suâ* potestate omnia ista agere voluit, fecit *Walo*, quod debuit. Nullus Episcopus, juxta tenorem Synodi *Moguntinensis*, in toto terrarum orbe vel ad ipsum monasterium, seu cellas ejus, potestatem habet accedendi, nisi fortè (1) *necessitatis causâ*, vel (2) *dilectionis gratiâ* (3) *vocatus* advenerit. Cùm verò *fortuitò* & aliud quasi agens transiit Episcopus utique haud vocatus venerit. Augusta hæc Synodus annô 88. sub *Luitberto*, tanquam Metropolitano, habita est, in qua omnia privilegia, Ecclesiæ Corbeiensi à Summis Pontificibus & Impp. jam dudum concessa, & à *Bovone* I. Abbate sexto integra & illæsa exhibita, ac à Metropolitano & sex aliis Archi-Episcopis & quatuordecim Episcopis solenniter confirmata & approbata sunt. Scilicet ita accipias velim præsens hoc documentum, ac si literæ & chirographa Impp. summorumque Pontificum de verbo ad verbum manibus eorum subscripta & subsignata, hîc denuò descripta & repetita forent, quæ ipsa Bovonis tunc erat intentio. Dicit enim *Luitbertus*: apud se & synodum omnia documenta Gloriosissimorum Principum Summorumque Pontificum à *Bovone* relicta esse. Ideo ea, quæ Corbeiæ ibidem confirmabantur, vocat (1) *jus antiquum*, *longo jam tempore manens*, *dicto monasterio conservandum*, i.e. contenta illius decreti Synodalis non tunc primum concedebantur, sed jam dudum concessa, vigore istius decreti corroboratorii & conservatorii iterum confirmabantur & corroborabantur; (2) recenset quatuor successivè Romanos Pontifices, *Gregorium* IV. *Nicolaum* I. *Adrianum* II. & *Stephanum* VI. qui ante dictam Synodum, adeoque ab ipsa fundatione Corbeiæ, hôc decretô contenta ei concesserant. (3) annectitur causa, cur necesse fuerit, prædictas gratias à Regibus & Principibus concessas denuò corroborari. Nimirum *ad præcavendas molestias*, *quæ illis temporibus contra sacra monasteria per quosdam Episcopos recenter ordinatos grassari cœperant.* Memorabile sanè, quòd cùm præfatæ Synodo VI. Archi-Episcopi & XIV Episcopi subscripserint, *Biso*

examen facti.

Synodi Moguntin. explicatio.

[2] *lib. & cap. cit.*

Padebornenſis inter eos non reperiatur. (4) aſſerit Synodus: in bullis Pontificiis, quas *Bovo* Abbas exhibuit, decretum eſſe, ut monaſterium Corbeienſe *pleniſſimam habeat poteſtatem ab omnibus quoquo modo foris, vel intus, in res ad illud pertinentes ſeſe præter voluntatem Abbatis loci ipſius permiſcere cupientibus.* Foris, ſeu in Eccleſiis alibi ſitis, Corbeiæ tamen ſubditis, ut *Meppenſi*, in Diœceſi Monaſterienſi, *Eresburgenſi*, in Diœceſi Padebornenſi, *Visbeccenſi*, in Diœceſi Mindenſi &c. Quas ſi excludas, dic mihi ſodes, quid per vocalem *Foris*, id eſt, extra Monaſterii ſepta intelligas, à quo, vi prædictorum diplomatum, & decreti hujus Synodalis, omnes arcentur Episcopi, cujusque immunitas ſoli Abbati reſervata & confirmata eſt. (5) Quàm cautè, quàm ſapienter loquitur Synodus. *His omnibus* (Regum Pontificumque diplomatibus) *apud Nos relictis, petiit Venerabilis Abbas*, (Bovo) *quò & ea, quæ ſacris literis Piiſſimorum Principum confirmata fuerunt, noſtrâ quoque auctoritate roboremus, & his, quæ ab Apoſtolica Sede decreta ſunt, noſtræ ſubſcriptionis chartulam adjungeremus. Cui petitioni Synodus benignè annuens decrevit, ut ea, quæ vel in communi, vel ſpecialiter à Principibus ſunt conceſſa, talem ex eccleſiaſtica & ſeculari ſanctione obtineant firmitatem, ut nihil habeant, unde ſe tueri poſſint, quicunque ſibi promittunt, hæc aliquando ſe poſſe immutare vel infringere. Ea verò, quæ à Romanis Pontificibus inventa ſunt fuiſſe ſancita, Synodus humiliter tantis auctoritatibus ſubſcribendo confirmat.* In omnibus Cæſarum Pontificumque literis Eccleſiaſticum pariter & ſeculare regimen Abbati committitur, approbatur, innovatur, confirmatur, in que hac Synodo denuò corroboratur. Denique hoc conſtitutum ſynodale omnes Episcopos, ubicunque Corbeia vel Eccleſias, ſeu agros, aut familias habere noſcitur, ſtringit & ligat ſub anathemate, & mulcta 1000. librarum auri optimi, ex mandato *Joannis* XV. Script. per manum *Stephani* primi Scriniarii S. Rom. Eccleſ. Menſe Jun. Indict. Secund. dat. Vero per manum *Joannis* Episcopi, S. Epheſinæ Eccleſiæ & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ. Qui *Joannes* Papa integram ſynodum Moguntinenſem repetit & confirmat. Bulla *Benedicti* VII. ſcripta per manum *Joannis* Notarii ſui & SS. Rom. Eccleſ. Dat. per manum *Stephani*, Episcopi & Bibliothecarii S. Sedis Apoſtolicæ diſertè ait: *Omnem cujuslibet Eccleſiæ ſacerdotem in præfato monaſterio ditionem quamlibet habere & auctoritatem, præter* Sedem Apoſtoli-

Apostolicam, *prohibemus, ita, ut nisi ab Abbate monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnia ibidem quispiam præsumat celebrare.* Quæ verba repetit *Adrianus* IV. 5. Kal. Mart. Indict. II. anno 1154. Pontificatûs sui primô inquiens: *Prohibemus autem, ut in eodem monasterio nulli Episcoporum*, præter Romanum Pontificem, *liceat quamlibet jurisdictionem habere, ita, ut nisi ab Abbate ipsius monasterii fuerit invitatus, nec Missarum solemnia ibidem celebrare præsumat.* Eodem ore fatur *Lucius* III. Catholicæ Sedis Episcopus. Dat Veronæ per manum Hugonis S. R. E. Notarii IV. Kal. Nov. indict. III. annô incarnat. Dominicæ 1184. Pontificatûs sui annô quartô.

§. IV. Quâ autoritate igitur *Meinvvercus* visitare præsumsit? voluit enim juxta Gobelin. (a) monasterium *causa corruptionis* visitare. Sed *VValo* Episcopo restitit. Oportuit *VValonem* jura & privilegia sua defendere, quæ inter speciale hoc: ut nullus Episcopus Missarum solemnia hic celebret, seu *jurisdictionem aliquam, præter Romanum Pontificem*, in monasterio sibi vendicet. Subolfaciens ergò, seu metuens *Walo*, accessum hunc in præjudicium monasterii vergere, restitit *Meinvverco*, ordinariâ autoritate talia facturo. Corruptos *Walonis* mores, aut disciplinam collapsam nec nego, aut probo. Interim cùm, *præter solum Romanum Pontificem*, nullus Episcopus in toto mundo aliquam jurisdictionem in cœnobio habeat, utique tenebatur *VValo* se opponere, & jura sua sarta tecta conservare. In monasteriis seu domibus, inquius Abbates, aut alii Regularium Superiores *jurisdictionem Episcopalem & temporalem in* parochos & parochianos exercent, Episcopus prohibetur visitare. (b) Scio, quid idem Concilium alibi (c) reponat; sed nostra privilegia longè antea data sunt, ut Concilium contra ea quid statuere non valeat. *VValo defensus,*

§. V. Ex hoc autem minimè exsculpseris, *Meinvvercum* suâ potestate *VValonem* deposuisse. *Ad instantiam Episcopi* Abbas ab Imperatore ab Abbatia depositus est, ait *Gobelin.* (d) Henricus Imp. *per Meinvvercum* Episcopum, consanguineum (e) privandum curavit. (f) Episcopus deponi curavit Walonem. (g) Ergò non suâ, sed *subdelegatâ*, autoritate hoc fecit. Malè autem, quòd *Trutmarus*, *cujus autoritate?*

(a) *l. a.* (b) *Concil. Trident. Sess. XXV. c.* 11. (c) *Sess. VII. c.* 8 *p.* 84. (d) *l. c.* (e) *Kranz. L. IV. Metrop. c.* 4. (f) *Baron. l. c.* (g) *Krantz. l. a.*

marus, sine Fratrum consensu, ex Laurishamensi monasterio substitutus sit. E diametro pugnat hoc factum cum omnibus privilegiis, æquè Imperatoriis atque Pontificiis, ipsamque Pii Fundatoris mentem subvertit. Non ex alio monasterio, & quidem *sine Fratrum consensu*, quilibet intrudi debebat monachus, sed ex ipsa congregatione Corbeiensi, *omnium suffragiis, & nemine contradicente*, idoneus canonicè eligi debebat, secundùm Synodum Moguntinensem. Quæ portò sic: *Abbatem verò vel Abbatissam in his locis* (Corb. & Heriford.) *eligendi semper habeant potestatem, & eam personam eligant, quæ propositum conversationis in utrolibet monasterio & moribus & habitu profiteatur, non Canonicum, aut laicum, neque* alterius monasterii monachum, *in quo specialiter Nos audire dignetur Regia Dominatio, ut nullam eisdem monasteriis præponant personam, quæ non ab ipsis congregationibus fuerit regulariter electa.* Et mox: *Quæ de re noverit Clementia vel nunc consistentium, vel successionis jure omnium futurorum Principum, à Sede Apostolica sancitum, nostrâque subscriptione roboratum, nec non & antecedentium Regum præceptis cautum, ut prædictis monasteriis nullas præficiant personas*, de quocunque ordine, nisi quæ per electionem probabilem sumantur. Eadem repetit *Joannes* XV. ne jota quidem immutato. *Ludovicus* Pius in literis, Dominico Notario ad vicem Radfrici eas recognoscente IV. Id. Decembr. annô, Christo propitio, septimo Regni Domini Hludovici Regis in Orientali Francia, indict. IV. Act. Paterburn. ita: *Libuit etiam nostræ Celsitudinis pietatem erga Divæ memoriæ Genitoris nostri Nobilissimi Augusti institutionem, quando divina vocatione Abbas prædicti monasterii vitam finierit mortalem, quamdiu ipsi monachi inter se talem invenire hujusce vitæ quiverint, qui ipsam congregationem secundùm regulam S. Benedicti, primi institutoris illius normæ, regere valeat, per hanc nostram auctoritatem licentiam habeant eligendi Abbatem* &c. Sententia *Adriani* Papæ in bulla scripta per manum Stephani Notarii Cameræ S. R. E. Imperante Domino nostro piissimo perpetualiter Augusto Ludovico, à Deo coronato, Magno Imperatore, annô XXIV. Mense octob. indict. VI. hæc. est.

libera electio Abbatis

Nihilominus inviolabiliter Apostolicâ censurâ decernimus, ut omne fas atque omnem licentiam habeant monachi ejusdem monasterii, talem de suis semper Abbatem eligere, qualem omnium vota concorditer

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [178] - 164

corditer postulaverint, & sibi præficiendum fore unô animô, gratiâ Spiritûs sancti suffragante, illic Domino famulantes voluerint. Nec quisquam præsumat alienum, sive extraneum illic unquam Abbatem constituere, aut introducere, sed, sicut diximus, tales de ipsa congregatione, qui eidem monasterio regulariter præsint, cùm vel tu (Adalgari) *de hac vita vocatus ad Dominum demigraveris, vel tempore succedente ab unanimitate omni eligantur, qui vitam & omnem monasterialem ordinem teneant, & cuncta cum timore Dei & reverentia regularis disciplinæ dispensare queant.* Benedictus Papa sic: *Concedimus & confirmamus Apostolicâ autoritate, ut de alio monasterio Abbas ibi non constituatur, sed ipsi servi Dei secundum regulam S. Benedicti viventes, ex sua propria congregatione potestatem eligendi Abbatem habeant.* Et sic reliqui omnes.

§. VI. Contra privilegia igitur Corbeiensia substitutus est *Trutmarus*; Ideo omnis congregatio *flens abiit*. Licèt enim *Walo* deponendus fuisset, ipsi tamen Collegio Corbeiensi electio erat libera. Eôdem igitur jure *Henricus II.* hoc fecit, quô *Henricus IV.* totam Corbeiam anno 1065. *Adalberto*, Archi-Episcopo Hamburgensi, donâsse legitur apud *Lambertum Schafnaburg.* (h) de quo nos alio die σὺν Θεῷ fusiùs. Quorsum verò concio ista apud *Autorem vitæ Meinwerci* (i) de Prælatorum reverentia & subjectorum inobedientia? Soli Pontifici Romano, ejusque Sedi subjecta est Corbeia. Hujus cathedræ potestatem humiliter agnoscit, exhibens Sedi huic omnem, ut par est, honorem & reverentiam, in cujus etiam speciali protectione perpetuò consistit. Ipse *Urbanus VIII. Arnoldo IV.* in actu inaugurationis hanc juramenti formulam præscripserat: *Trutmar. quô jure substitutus?*

Ego Arnoldus à Waldóis, *Abbas Monasterii Apostolicæ* Sedi immediatè subjecti *de Corbeia, Ordin. S. Benedicti*, nullius, *Provinciæ Moguntinensis*, seu Padebornensis Diœcesi. *ab hac hora in antea fidelis ero & obediens* &c.

Hîc expressè dicitur monasterium *Sedi Apostolicæ immediatè subjectum*, cum additamento: *nullius, seu Padebornensis, Diœcesis.* Eadem formula moderni Domini Abbatis confirmationi & juramento innexa est.

§. VII. Cetcùm quæ de morte *Bisonis* repentina attexuntur, lubrica *mors Bisonis.*

[h] *ad h. ann. Conf. chron. Laurishamens.* [i] *l. c.*

lubrica sunt. Inde postea accidit, quòd quidam monachus ejusdem monasterii, *Baso* nomine, Episcopum volentem ibidem quâdam vice celebrare prohibuit, & præparamenta altaris abjecit, quare Episcopus ad tribunal Christi monachum citavit. Unde postea accidit, quòd eâdem horâ, quâ Episcopus decessit, hic *Baso*, sub manibus radentis sibi barbam, subitaneâ morte defecit. (k) *Sacrista iste*, ait Kranz; (l) *sacras illi* (Meinwetco) *vestes subduxit, iterum iterumque monitus tradere recusavit. Tum Episcopus: reddes, inquit, rationem Altissimo pro omisso hodierno officio. Monachus ille flocci pendens etiam risit Episcopum, sed apparuit in morte ejus Episcopi, quàm non frustra esset minatus. Nam nihil mali antè sentiens monachus, in ipsa hora mortis Episcopi exspiravit.*

provocatio ad tribunal Christi.

§. VIII. Næ ad tremendum tribunal Christi aliquem provocare, ardua res est, qua de elegantem dissertationem edidit *D. Adam Cortrejus.* (m) Verùm an hic *Biso*, seu *Baso*, qui, jussû Superioris sui, jura monasterii tuentis, fecit, quod debuit, ad hoc judicium hanc ob causam citari potuerit, & an mors ejus repentina (si talis ita fuerit) inobedientiæ suæ signum seu pœna sit, judicent alii. Hæc extrema provocatio non fiat studio vindictæ, sed zelô justitiæ divinæ. Adsit igitur summa innocentia, purissima conscientia, atrocissima injuria, & singularis Dei impulsus. Annon satius fuisset imitari patientiam Christi, (n) & Stephani, (o) (in cujus memoriam pro se & suis sacram hostiam immolaturus erat) si quam injuriam feciset *Biso*? (p)

Meinwercus.

Noverat Abbas pariter & Sacrista iste, monasterium *sub perenni defensione* Sedis Apostolicæ receptum esse: quòd à nullo hominum *aliqua vis aut oppressio, vel contrarietatis, seu occupationis molestia* quocunque modo huic *Sedi* (uti Stephanus VI. expressè vocat,) inferri debeat vel *in rebus*, vel *in possessionibus*, sed ad Ecclesiam Romanam *nullo medio* pertineat, voce *Bonifacii:* quòd nullus Episcopus, *præter Romanum*, aliquam *jurisdictionem, seu autoritatem*, in eo habeat, contrà autem sub jurisdictione Sedis Romanæ ita constitutum sit, *ut nullius alterius Ecclesiæ jurisdictioni* submitti queat unquam, secundùm bullam *Benedicti:* & quod id constitutum (Synodi Moguntin. à Joanne XV. repetitum) omnes generaliter Episcopos obliget & vinciat

[k] *Gobelin. l. c. p.* 157. [l] *loc. allegato.* [m] *Iena* 1665. [n] *Luc. XXIII.* 34 [o] *Act. VII*, 60. [p] *Vid. D. Misleri cas. conscient. c.* 22, *Sect. IV. quæst.* 8, *p.* 659.

ciat sub anathemate, testantibus bullis & literis, quas volenti lubens monstrabo singulas, daturus interim breviarium earum: *Si quis ergò* (ait Synod. Mogunt.) *Apostolicæ Sedis decretum, cui Nos hanc confirmationis chartulam veneranter subscripsimus, contemserit, proculdubio damnationis censuram suscipiet, quam credimus divinò Spiritu per Apostolicam linguam prolatam: Nos igitur nostram subscriptionem annuli nostri impressione signantes, Co-Episcopos nostros omnes, in quorum manus ista devenerint, obsecramus, ut suâ etiam auctoritate & subscriptione hæc confirmare velint, ut, quicunque hæc temerare præsumserit, generalitatis nostræ sententiis ita anathematis vinculo obligetur, ut neminem habeat, de cujus favore sibi blandiatur, aut se tueri posse putet à sententia damnationis.* Verbotenus hæc repetit Joannes XV. addens hanc clausulam: *Ab Imperatoribus etiam aut Regibus, seu Ducibus, aut à quacunq; potestate, quæ pro tempore tunc ordinata fuerit, exponere cogatur* mille libras auri optimi, *medietatem prædictis monasteriis,* (Corb. & Hereford.) *& medietatem Cameræ eorum Principum solvendam.* Adelgarius (q) sic: *Statuentes Apostolicâ censurâ sub divini judicii attestatione & anathematis interdicto, ut nulli unquam, parvo vel magno, homini, cujuscunque sit dignitatis vel ordinis, liceat hanc nostræ auctoritatis, quam pio intuitu promulgavimus, sanctionem infringere, aut flocci pendere, vel in toto, sive in parte quoquô modô violare. Et si, quod non credimus, temerario ausû quisquam vel nunc, vel unquàm transgredi, contemnere, violare, aut hanc nostram præceptionem infringere præsumserit, sciat, se anathematis vinculo innodari, & à Regno Dei penitus sequestrandum.* Stephanus VI. ait: *Si quis autem, quod non optamus, temerariô ausu contra hoc nostræ auctoritatis & Apostolicæ confirmationis privilegium pie à Nobis concessum ire agereque præsumserit, & in toto vel ex parte transgredi conatus fuerit, & omnem reverentiam S. Sedis Apostolicæ non observaverit, sciat, se à Deo Patre omnipotente, & Filio & Spiritû S. excommunicatum, &, nisi resipuerit, perpetuo anathemate condemnatum.* Benedict. VII. (r) sic: *Si autem, quod non optamus, nefario ausû quis præsumserit his quæ à Nobis ad laudem pro stabilitate jam dicti monasterii statuta sunt, refragari, aut in quocunque transgredi, sciat, se anathematis vinculo*

fulmina bullarum.

[q] *in citata bulla.* [r] *in cit. bulla.*

culo innodatum, & cum diabolo & atrociſſimis ejus pompis, atque cum Juda, traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, æternis incendiis & ſupplicio concremandum, à Domino. Hæc in gratiam filiorum Eccleſiæ Romanæ, ad evitandas pœnas, excerpere volui, plura daturus paradigmata, ſi quis à me poposcerit.

Meinvverous malè audit,

§. IX. Ceterùm ſolenne fuiſſe *Meinvverco*, omni arte & modô ampliare & ditare Eccleſiam ſuam, & Henrico Imp. (quem *ſanctum* indigitamus) bona extorquere, teſtantur Hiſtorici *Henr. Meibom.* (f) & *VVinckelmann.* (t) Ille ideo eum *bonorum Reip. hirudinem* vocat. Dederat Cæſar Antiſtiti opima prædia In diverſis locis, at non contentus ille, *piſas VVeſtfalicas* (die Erwitte) adhuc petiit & obtinuit. Imperator verò averſô vultû: *odium Dei omniumque Sanctorum ejus habeas*, dixit, *qui me bonis conceſſis cum detrimento regni ſpoliare non ceſſas.* (u) Diu tergiverſabatur *Henricus*, nolens Epiſcopo *Erwete* dare, fatigatus tandem ipſius & *Cunegundis* precibus annuit. *Meinvvercus Epiſcopus ſperans ſe ab Imperatore* Erwete *cum pertinentiis ſuis obtenturum, ad dedicationem Eccleſiæ memoratæ eum precibus invitavit. Sed Imperator faciens expeditionem in Poloniam, dedicationi intereſſe non potuit. Quare* Meinwercus *temporis opportunitate captatâ, in nocte nativitatis Chriſti, interventû Dominæ* Cunegundis *Imperatricis, cùm Imperator in Padeborne nativitatem Domini celebraret, Erwete ab Imperatore Eccleſiæ ſuæ donari obtinuit.* (w)

pium votum.

§. X. Optamus cum *Concilio Tridentino*, (x) utii, qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, *quæ ſuæ ſint partes, cognoſcant, ac ſe non ad propria commoda, non ad divitias, aut luxum, ſed labores & ſollicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant. Nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem innocentiamque facilius inflammandos, ſi Præpoſitos ſuos viderint, non ea, quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cœleſtem patriam cogitantes.*

DISSER-

[f] *apolog. pro Ottone IV. Imp. c. f.* [t] *L. III. hiſt. polit. veter. Saxo - VVeſtfal. c. 8. p. 474. ex. hiſt. vitæ ejus,* [u] *in vita ejus,* [vv] *Gobelin. Coſmodr. ætat. VI. c. 52,* [x] *Seſſion. XXV. c. 1.*

DISSERTATIO. XVII.

Promens

Elegiam Justi ab Höxer, U. J. L. & Cancellarii Corbeiensis, varia comprêndentem, notulis & animadversionibus illustratam & dispunctam.

JUstus ab Hõxar, U. J. L. & Cancellarius Corbeiensis, annô 1609. edidit elegiam, cujus etiam meminit *Bucelinus*, (y) varia complectentem, quæ cùm nullibi amplius extet, & paucis fortè visa sit, dabimus eam in gratiam horum, quêis vetusta videntur venusta. J. *ab Hõxar.*

Corbeia est quondam quasi *cor* sic dicta *beatum*, (z) *elegia.*
plurima quòd tulerit *corda beata* Virûm.
Saxonicas claustrum structum venerabile ad oras,
Juxta Visurgis nempè fluentis aquas.
Ex *Caroli Magni* suasû (a) fundamina frustra
in nemoris *Sölling* ædificata solo.
Gnatus at ipsius, vegetus fabricator & autor,
præsenti studuit figere jacta loco.
Qui Patris successor erat, referens *Ludovvici*
Induperatoris nomina sancta *Pii*.
Hic primus *dotem* (b) tribuens Ecclesiæ eidem,
ædis fundavit rudera prima sacræ.
Contulit hic terras, decimas ac prædia opima,
tunc quæ in Saxonicis finibus ejus erant.

(y) *Part. alter. German sacr. & profan. p.* 164. *a.* (z) *errorem hunc instillavit* Engelhus. *in chron. p.* 163. *inquiens:* Corbeia dicitur *qs.* cor beans. [a] *Non ita: ipse Ludov. Pius asserit: in placito Paderbornensi anno* 815. *adductos fuisse monachos novæ Corbeiæ, monstrantes ei præceptum Genitoris sui, in quo continebatur, qualiter Karolus monasterium in villa regia* Hüxori, *in honorem* S. Stephani, *construi mandaverit. Igitur contra intentionem Karolinam* Adelhard. junior *ex singulari zelo in sylva* Sollingensi *primùm condiderat.* [b] *vide chronic. Corbeiens. minut. à Meibomio annal. VVittechind. annex. c. p.*

Atque adeò expendit, quicquid patrimonii habebat,
immò in finitimis quicquid habebat agris.
Inde sacro *Stephani*, (c) primævi Martyris, istîc
Sancta patrocinio templa dicavit ea.
Cujus ibi *scapula* est; (d) ardorè recondita sancto,
ædis ceu clypeus præsidiumque sacræ.
Cœnobii primas primus *VVarinus* (e) habenas
rexit, *Adelhardo* quod tribuunt alii.
Ambo qui *Karoli Magni* sic *fortè nepotes*, (f)
ex propriæ lumbis inde sororis erant.
Quorum non minimus sacer est Levita *Geroldus*, (g)
cujus adhuc præsens ossa sepulta vides.
Hîc laus continuis sonuit divina *trecentis* (h)
annis, qui primi tempora floris erant.
Ter *centum* monachi (i) visi per templa frequentes
quottidie *ternis* condecorare choris.
Ut nec transierit tunc ulla vel hora diei,
quin cultû fuerint templa repleta Dei.
Hinc adeò crevit studium divinitus istud,
adfuerint ut tunc cœlica signa Dei.
Tempore quippe famis terna sub luce sacrata
ritè quater denas quæ viget arcta dies.
Quando de *Joseph* sera sub luce quotannis
cantio sacra frequens hæc revoluta fuit,
Ejus in Ægypto Dominus fuit ipse misertus,
ecce! modis mivis facta stupenda Dei.

Nam

[c] *jussû Karoli*, [d] *ex sacro palatio, seu capella Ludovici Pii missa Et vocat ipse has reliquias* Venerabiles ac sacrosanctas. (e) *erat hic* primus regulariter electus Pater, *VVittech. L. III. Annal. p.* 24. *seu* primus substitutus Abbas, *voce Ludoviciana* (f) *Idem Ludov. Pius & alii Impp. vocant.* Adelhardum & Warinum propinquos suos *Bene igitur* fortè *addidit, cùm dubium istud fortiùs probandum erat.* (g) *vid. theatr. in. Illustr. Corbeia Saxonic. Viror. c.* 45 *p.* 102. (h) *est vetus traditio, fide tamen digna. Inde probare quis posset, disciplinam monasticam sub* Walone *adhuc viguisse.* Vid. differt præcedent. § 2 (i) *quos inter vix sex reperi sacerdotes; unde colligo, missas solitarias, seu angulares, tunc non fuisse in usu.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [184] - 190

Nam *bini* ſubitò formâ præſtante *puelli* (k)
in medio templi proſilière chori.
Veſtibus angelicis cœli ac fulgore coruſci
verſiculum dictum tunc cecinêre pium.
Quô factô Fratrum pudibundis ſemper ocellis
ſe ſubducentes diſparuêre citò.
Tantus erat ſtudii fervor quoque tempore eôdem,
& tanti pretii littera docta fuit.
Doctorum ut numerus fuerit *duodenus* ibidem, (l)
textus qui populis explicuêre ſacros.
Quippe quòd hôc ævô tantùm viguiſſe Camænas
in *Benedictinis* conſtet ubique ſcholis. (m)
Ut ſibi tunc primas meritò tribuiſſe putati,
ac palmam reliquis præripuiſſe ſacram.
Unde domi Deus atque foris benedixit ibidem,
ſeu tu ſacra velis, ſive profana putes.
Mirâclum porrò cupiens audire *ſecundum*,
infrà ſcripta bonâ mente notare velis.
Ipſô namque die ſacro tibi, *Vite*, ſacrato,
ſunt ſoliti *cervi* ſpontè venire *duo*. (n)

(k) Candido *ſemper amictu & angelicâ facie ad ſacra progrediebantur pueri & adoleſcentuli, in ſchola Corbeienſi inſtructi. Hi innocentes & puri anſam dedêre fabulæ de angelis cœlo demiſſis in choro cantantibus, quam fruſtrà credidit* Aloyſius Caraffa, *Nuntius Apoſtolicus.* (l) *imò XVIII. notante Leznero in hiſt. Ludovici Pii edit. ſec. c. 25 p. 75. Duplex ſchola erat* interna *&* externa: *in* illa, *ſeu clauſtrali, religioſi: in* hac *alii ſeculares adoleſcentuli erudiebantur.* Brouver. *L. I. Antiquit. Fuld. c. 9 p. 38. Erat ſchola Corbeienſis* utriusque Saxoniæ Principes, *Meibom. in præfatione annal. VVittech. & Cruſ. L. II. de Præcedentia c. 18. p. 282. imò* miraculum Imperii, *Bucelin. Aquil. Imp. Benedict. p. 205.* (m) *Vid. Paul. Lang. chron. Citiz. p. 763. edit. Piſtor. Trithem. chron. Hirſaug. ad ann. 890. & VVinckelmann. L. III. notit. hiſt. veter. Saxo-VVeſtfal. c. 7.* (n) *Conf. Bucelin. Part. II. German. ſacr. p. 164. a. edit. 1662. Auguſtæ Vindelicor.* Iſibord. Amelunxius *ex traditione veterum ita: Cùm olim in Saxonia caliditſima æſtas eſſet, ut ipſa Sollingio ferè accenderetur ab æſtu Solari, & gramina campi paſſim exurerentur, ipſaque arborum folia emarcida, ſicca & retorrida decidentur, VViſarah quoque adeò exhauriretur, ut parvuli pertranſirent, ſapiùs tàm diu noctûque cervi & hinnuli è vicina Sollingio ad VViſarah, ipſamque S. Viti adem venêre, ſitis & famis levandæ ergò. Aliquando ipſo Patroni (Viti) feſto*

qs.

E quibus unus erat captus saltem atque retentus,
alter sed liber missus abire fuit.
Idque fuit factum portâ cognomine notâ,
cervorum quæ tunc *porta* vocata fuit. (o)
Quæ lapidum duro nunc est munimine clausa,
antiquam faciem ac inde referre nequit.
Sic genus est piscis magni, cûi Sturio nomen, (p)
hinc ptetii magni quod reputatur idem.
Cujus & hûc bini præscripto tempore Sancti
Patroni *pisces* applicuêre diu. (q)
Ex illis unus simili quoque lege retentus,
dimissô sociô relligione loci.
Tertium ut horrificum *miraclum* quisque putavit,
tempora primævo quod locus ille tulit,
Nam sub cujusvis morituri tempore fratris
portentum triduo tale prævit ibi. (r)
Lilii enim *patuli* folium de parte coronæ
insignis medium quæ fuit ante chorum,

De-

qs. suâ præsentiâ religiosè ornare voluissent Ecclesia processionem, è quibus junior captus & S. Vito consecratus est. Hanc relationem credemus, verùm tribus integris seculis victimas hujusmodi in vigilia S. Viti sponte accessisse, ut rythmi Saxonici cantillant, quês Bucelin. pollicem pressit, fictum est. Sic verè illi:

Länger als over dreihundert Jahr
Segen ock hörden sö ock openbahr
Tween Engeln in der Fasten singen/
Darna kämen ock alle Jahr springen
Tween Hirtzen uth dem wilden Wolde/
Deren sy möchten enen wol beholden.

(o) die Hirsch-Pforte/ (p) Isibordus *& cum eo* Alex. de Insula in brev. rer. memorabil. num. 59. *ita: Intra Corbeiam & Hemele capta sunt monstra marina. Dicunt, fuisse cete & canes marinos, unà cum alio insolito grandique pisce. Equidem ex oceano in Visurgim delabi potuisse catulos marinos, & juniores balenas, at osque ponti incolas, quis inficiabitur? at miraculum inde audere velle, elegans ineptiarum synopsis est.* (q) *Consonant rythmi Saxonici:*

Ock an dem Avende Viti wolgedahn
Kamen an dem Ofer der Weser stahn
Tween grote Stöhr uth dem Waper deip/
Davon man ock den einen greip &c.

[r] *Conf. Bucelin. l. 4. Strat. m.* Zeitkürtzende erlaubliche Lust *num.* 130.

Deprênſum fratris morituri in ſede chorali,
quod ſignum mortis certius ejus erat.
Quô viſo frater trepido ſe corde paravit,
per duram rigidæ mortis adire viam.
Diſponens propriæ domus ipſa negotia primum,
tùm reddens animam, mente nitente, Deo.
Aſt hæc durârunt ſaltem mirâcla ſuperna,
dum ſtetit *illæsâ* Virginitate locus. (ſ)
Elapſos etenim poſt annos fortè *trecentos*
Præpoſitum quendam ſêcla tulêre malum. (t)
Is fuit elatus cordisque tumore ſuperbus,
uſque adeò, ut Satanas pungeret arte Virum.
Inſtinctû cujus *binos* de more puellos,
verſus dum canerent annua ſacra ſui.
His fuit aggreſſus verbis & voce nefanda,
quod blasphemanti non licuiſſe palam eſt.
Eſſent ut quinam? ſædè rogitavit, & unde.
veniſſent, Satanæ non ſine fraude mali?
Angelici juvenes, qui tunc ſe voce viciſſim
apperuere ſuâ cœlitùs inde piâ.
En! nos præfuimus cuſtodes ritè trecentis
annis hûicce loco, cœnobioque ſacro.
Sed propter faſtum rigidum mentisque tumorem
huncce tuæ poſthac hinc fugiemus eum.
Sicut & hoc factum progreſsû temporis eſſe,

(ſ) *Si ſciſſet Iuſtus plura, vix reticuiſſet. Addemus ergò: anno 959. tàm in veſtibus quàm corporibus hominum etiam Corbeiæ viſæ ſunt cruces. Anno 1146. aurea crux cœlo delapſa dicitur in monaſterium, quæ tantum ſparſit fulgorem, ut omnes ſteterint attoniti. De reliquiis Criſpini & Criſpiniani vid. Diſſert. m. XIII. §. 5. & de S. Vito Autor translationis ejus Wittechind annalibus annex. p. 145. reliqua ut taceam, cùm dubiæ fidei ſint, ut pleraque Monachorum narratiuncula.*

[t] Iſibordus ſic: *Sub Erkenoro Walthardus de Vechus, Præpoſitus Corbeiæ, angelicos pueros cum fratribus in choro cantantes acerbè tractavit. Cùm enim more ſuô procederent cantaturi pſalmos in Eccleſia, rogat iſte: quid illis ſibi hîc negotium? abite, & veſtra agite! nos curabimus noſtra. Perterriti pueruli modeſtè diſcedentes, fletuſque rem narrant parentibus. Qui ægrè id ferentes in alias miſerunt ſcholas, omnivus apud nos retrò ſublapſis. Cùm ſchola enim, & exinde propullulante pietate, diſciplina & doctrina, ſtetit & cecidit monaſterium noſtrum. Conf. Winckelmann lib. cit. p. 441.*

continuò annales edocuêre pii.
Verùm cùm sacri celebris processîo templi
illic haberetur more perenne Patrum
Huncce Virum satanas *ingentis pondere saxi*
obruit, occidens non sine labe gravi. (u)
Cujus adhuc remanent saxi vestigia ibidem,
illius ut quemvis turpis imago docet.
Ungibus hoc etenim stygius sic Ipontè notavit
hostis, ut ipsius *signa forata* gerat. (w)
Hinc igitur discat quivis non altiùs æquo
jam sapere, inquirens abdita quæque Dei.
Nec ratione suâ divini Numinis altas
vires discutiat dimetiendo levi.
Immò captivam subitò sic subdat eandem
ritè creatori morigeranda suo.
Porrò peccato juvenilis in ordine fratris
ultima cessârunt signa superna Dei.
Quêis Pater altitonans mortem tribus antè diebus
prædixit fratri, qui morituus erat.
Quippe quòd hic juvenis, satana seductus ab hoste,
tentârit summum ludere mente Deum.

Latii

[u] Denuò Isibordus: *anno* 1109. *in processione B.V. ibant Patres cum fratribus ex campo Lêre retrò pomarium cantantes laudantesque Dominum hymnis & psalmis. Subitò autem oritur turbo cum pluvia, qui religiosos cogebat ociùs sub tectum Ecclesiæ se recipere. Sub ipsa monasterii porta decidit ponderosum saxum, quod caput* VValthardi *nostri tam graviter sauciavit, ut mox animam efflaret. Agens tamen pœnitentiam crimina sua coram tota congregatione humiliter deprecatus est, & requiem invenit in cimiterio nostro. At quid Iusto hic cum satana?*
[vv] *si credere fas est!* Servatur lapis paniformis Corbeiæ cum relatione: Cellarium è culina olim in aream iturum dextrâ tenuisse panem, cujus frustulum cùm denegâsset pauperi, in saxum fuisse conversum. Tetigit fabulam Alex. Insulanus inquiens: Nullus fratrum nostrorum, si, temto Dei cultu, & regula S. Patris, malitiosè vixisset, sine speciali & visibili ultione divina obiit. VValfard *Præpositus* saxô percussus periit. VVigulfus *Cellarius in manu sua panem pauperi denegatum stupuit in saxum versum, ex quo terrore in apoplexiam lapsus mortuus est.* Alvardus *Prioris sui minas in Capitulo deridens crus fregit, & magnos inde perpessus dolores.* Joann. de Pisterfeldio *disciplinam cum carbinno suscipiens, eâpse horâ gravissimâ febri decubuit.* Hinricus de Stahl *cibum in conventu appositum fastidiens ictêrô nigrô corripitur usque ad finem dierum suorum.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [188] - 194

Lilii ibi *folium patuli* dum forsitan istud
offendit propriâ sede locale suâ,
Aufert & tacitus *Senioris sede* reponit,
declinare Dei fata tremenda volens. (x)
Quô viso senior sanus trepidante timore
perculsus morbum contrahit inde gravem,
Sed Pater æthereus retinens immobile fatum,
irâ commotus vindicat hocce scelus.
Nam juvenis nequam lapsis tribus inde diebus
ipse repentinâ morte peremtus obit.
At Senior contrà revalescens corpore toto,
roboris hinc recipit pristina pensa sui.
Unde ferunt Veteres, quòd ab illo tempore tale
signum cessarit, nempe volente Deo.
Qui nihil admissum solet inde relinquere inultum,
contra divini Numinis acta sui.
Sicut & alterius generis miracula cuncta,
peccato fratrum sic perisse patet.
Non secus ac ævi deperdita secula nostri
proh! dolor & tales sæpe tulêre Viros,
Qui nihil ad rhombum reputant miracula quævis
Christiadum fidei pertinuisse leves,
Scilicet hi fidei Doctores quippe novellæ
illius nunquam signa superna probant.
Ut nec ii valeant (si quicquam dicere fas est,)
claudum sanando reddere signa canem.

Ut

(x) *iterum* Isboldus: *annô* 1110. Margvvartus à Speigelberg, *adolescens* XVIII. *annorum, è febri maligna vix emergens, intrat mane Ecclesiam, ut pulsu campanulæ fratres ad preces matutinas excitaret. Tunc in loco suo sueto oraturus fortè reperit candidum lilii folium, mortu, ex relatione Veterum, prodromum, quam ille vitaturus, folium istud in sedem* Weriboldi de Dinxlage, *subsenioris, & per biennium paralytici, reponit. Nuncio hôc auditô* Weriboldus *in graviorem incidit affectum, ut vix, nisi resupinus, respirare potuerit. Alterô die* Margvvartus *cùm corpus nimis frigori & aëri exposuisset, recidivam passus, & paucos intra dies obiit.* Weriboldus *quidem melius habere visus est, æger tamen mansit usquè ad mortem. Cur ergo* Spiegelbergius Justo *nostro est* nequam, *qui* fatuicô impulsû mente lusit Deum? *Addesis Nobil. Autor. notit Procer. Imperii L. III. c. 20. §. 24. qui ex Bucelino hanc narratiunculam repetiit.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [189] - 195

Ut non immeritò fidei miracula ſpernant,
quæ fieri turpi Dæmonis arte vocant.
Ut verò noſtrum tandem redeamus ad actum
ſuſcepti ſcripti, pauca notanda manent.
Nam licèt ex aliis *Abbatis* nomina *primi*
ſemper *Adelhardum* conſtet habere pia.
Qui quoque *Warini* frater germanus ubivis
fertur, *Cæſareo exſtemmate* uterque ſatus. (y)
Attamen ille prior meritò *Warinus* habetur,
Abbas cœnobii, ſorte ferente, ſacri.
Frater *Adelhardus* quamvis fundamina prima (z)
jecerit, hanc ſacram ritè locando domum.
Quippe quod hicce prius fatali morte peremtus
extiterit, quàm tunc templa ſacrata Deo.
Ut non immeritò primæ tradantur habenæ
Warini, primi Præſulis inde loco.
Sicut adhuc alii numerant hîc fortè ſecundum
nomine *Adelhardum* non ſine judicio.
Qui fuit à primis Gallorum ductus ab oris,
Corbeia ex veteri quæ aurea dicta fuit.
Fertur & in nemoris *Solling* fundamina prima
ad tempus clauſtri vana locâſſe pii.
Aſt ambo fruſtrà primorum ſede relati
Abbatum primas obtinniſſe vices.
Cùm citiùs fuerit tunc morte peremtus uterque,
quàm vel cœnobii tecta ſacrata forent.
Tempore quò primùm rectè ſignatus habetur
Abbas *Warinus* laudis honore prior.
Hicce nepos *Karoli Magni* de ventre ſororis,
filii at iſtius tunc amitinus erat.
Inviſens Gallos magnâ comitante catervâ
nobilium, Regis caſtra ſequendo pii.
Qui ſibi *relliquias Viti* (a) ſanctiſſimi ibidem
Martyris interea pignora ſacra dedit.

Hæc

(y) *Ioann. Gigas ideò iis tribuit tria lilia.* (z) *Adelhardus junior condidit monaſterium in Solling, ſenior tranſtulit ad Viſurgim.* (a) *Vid. diſſert. m. §. §. 1.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [190] - 196

Hæc ſecum ſtudio Corbeiam detulit almam,
ſacro deponens hinc veneranda loco.
Ut nunc præcipuus clauſtro Patronus eidem (b)
præſit præſidio nempe tuenda ſuo;
Atque tulit tandem progreſsû temporis iſtic
innumeros fructus, multiplicante Deo. (c)
Nam *Bremis* (d) *Nemetûm* ſimul ac Eccleſia *Spiræ* (e)
hinc ſibi Rectores arripuère bonos.
Hinc *Oſnabrugum* (f) *Hildeſia* (g) & *Padiborna* celebris (h)
denique Præſulibus condecorata ſuis.

DISSERTATIO XVIII.
De
THIEDAGO,
Qui ex Monacho Corbeienſi, ob praxin Medicam, Antiſtes Pragenſis factus.

§. I.

THidagus, Thiadagus, Thieddegus, Tegdagus, Theodatus, ſeu Theodagus, Monachus Corbeienſis, erat *Vir exercitatæ facundiæ, & egregius Declamator, ſanctarum quoque Scripturarum ſtudioſus* *Thidagi laudes,*

(b) *nota eſt feſtivitas annua d. 15. Iun. magna cum pompa celebrata.* (c) *Conf. VVinckelmann notit. hiſt. polit. vet Saxo VVeſtfal. L. III. c. 7. p. 744.* [d] *Bremenſi & Hamburgenſi Eccleſiæ dedit Corbeia* Anſcharium, Rembertum, Adelgarium, Hogerum & Wimonem. [e] Arnoldum Falckenbergium [f] Marquardum, [g] Alfridum, Ludolfum, & Walberum [h] Henricum Spegel, *& ut alii volunt*] Bernardum. *Inſuper dedit Daniæ* Gislemarum, *Sueciæ* Wittmarum *&* Gautbertum *Coloniæ* Brunonem *Ottonis I. Fratrem, Magdeburgo,* Othericum. *Fragæ* Thidanum, *Vpſaliæ* Stephanum, *Halberſtadio* Thiagrinum & Evilpum, *Ferdæ* duos Brunones, *Tuſciæ* Adelbertum, *Monaſterio* Weſtfalorum Sifridum, *Mindæ* Wültbrandum, *& cathedræ Romanæ* Gregorium V, &c.

ſus amator; (i) *Vir tam in divinis Scripturis, quàm in ſecularibus literis egregiè doctus, & non minùs vitæ merito quàm eruditione Scripturarum venerabilis*; (k) *ac medicinali arte optimè inſtructus.* Quem *Bolislaus* Senior, Dux Bohemiæ, *ob inobedientiam Chriſti præconis paralyſi percuſſus*, felicioris praxeos ſuæ famâ accenſus, licentiâ *Thietmari I* Lotharii III. Comitis Walbeccenſis, filii, (m) Abbatis XIII. ex monaſterio ſuo, vocavit, *ejusque magiſterio leviùs habere cœpit* (n)

remedium ejus,

§. II. Excuſsô nuper *Breviario Iſibordiano*, cujus ſynopſin alibi (o) dedimus, cujusque honorificam mentionem fecit Autor *novellarum Gallicarum*, (p) hæc legimus annotata. Annô DCCCCXCVIII. *confrater noſter* Thieddegus *ſit Epiſcopus* Pragæ, Oddonis *Regis operâ, & ſtudio artis medicæ, quam feliciter exercuit. Remedium*, quô Bolislaus *reſtitutus, in angulo quodam bibliothecæ noſtræ manû fortè ejus deſcriptum reperi. Voto prius S. Vito facto* à Bolizlao, *corpus ejus ſubinde decenter evacuatum eſt. Tunc parabatur balneum è ſimplicibus, at divinis, plantis*, hyſſopo, abſinthio, ſalvia, roſmarino, foliis laurinis, granis junipetinis, floribus chamæmeli &c. injecto ſale, ſulfure & tartaro. *Quæ omnia conciſa & contuſa coximus in vino generoſiori, injectis tandem ſub finem* catulis bene paſtis, pinguibus, & quatuor ſeptimanarum, vivis adhuc & nigris colore, numero tribus. *In hoc balneo ad brachia uſque ſedit* Bolizlaus, *quæ etiam continuò immerſit. Exeuntem abſtergebant famuli linteis ſiccis & ſuccino bene perfumatis. Tunc brachia, crura, latera, & ſpinam dorſi balſamô & caſtoreô inunxerunt.* Sic ille. *Catulos caninos* balneo injecit, quorum inſignis in hoc morbo uſus (q) ut prudenter cuncta egiſſe videatur Thiedagus.

præmium,

§. III. Reſtitutô *Bolislaô*, Otto III. Imperator Soſtri vice contulit ei amplum Epiſcopatum Pragenſem. *Sed cùm* Wortegus *ex hujus mundi caligine ſubtraheretur, auxilio præfati Ducis ſedem ſuam à tertio* Ottone *ad regendum ſuſcepit, de qua poſt mortem* Bolizlavi *ſenioris ab æquivoco ejus & filio ſæpè expulſus, toties à Marchione* Ekkhardo

(i) *Trithem. L. IV. de Vir. illuſtr.* O. B. C. 109. (k) *Idem in chron. Hirſaug. ad ann.* 1031. (l) *Ditmar L. VII. chron. p.* 219. (m) *Meibom. in chron. VValbeccenſi p.* 40. (n) *Ditmar l. c.* (o) *in append. Dec. II. Ephem. Nat. Curioſ. ann. IV* (p) *T. III. Amſtel. excus. anno* 1686. *p.* 1017. *&* 1024. (q) *Cynograph. m. curioſ. S. III. c.* 18.

kihardo *reducitur*, & *magnas patitur injurias. Hic hospites, ùt S. Jubet Gregorius, non solum ad se invitavit, sed etiam traxit, hoc maximum habens vitium, quòd ob morbum sibi nocentem, bibebat supra modum.* Paralyticus *autem erat, & præmanuum tremore assiduo sine adstantium auxilio presbyterorum missam canere non potuit: sicque usque ad finem langvescens bonis, ùt spero, animam curabat medicaminibus.* (r) Vide plura in laudem ejus apud *Dubravium* (s) *Cuspinianum*, (t) & in Ephemerid. Boëmicis *Procopii Lupacii.* (u) V.xit sub *Ludolfo* & *Thietmaro* I. quorum ille annô 965. cœpit, & annô 991. desiit; hic verò ab anno 991. usque in annum 1009. sedit. Obiit annô 1017. *Wion* habet 1030. (w) *Posterâ die, id est* IV. *Id. Junii* Thieddegus, *Pragensis Antistes*, ac *Martyris Christi successor* Ethelberti *viam universæ carnis adiit.* (x)

obitus.

§. IV. Addo carmen *Nicolai* Wedderm anns / memoriæ & honori *Thidagi* inscriptum:

laudes ejus.

Ex Monacho Antistes Pragensis nonne Thiedagus?
en! Corbeia *tibi gloria quanta venit!*
Optatam ille Duci dum reddidit arte salutem,
donat ei sanctum tertius Otto *pedum.*
Non gallum, aut gallinam Æsclapius iste reportat,
sed medicina illi maximum ovile dedit.

Conradus Wittehenne / Art. Lib. M. & S. Th. Lic. ita in eum:

Quot peperit Corbeia *Viros doctosque piosque,*
quos inter veluti pella Thidagus *erat.*
Lux Benedictini cœtûs fuit ille Thidagus,
excellens medicâ ac inclytus arte fuit.
Qui Bolislaum *claudum curâsse Bohemum*
laudatur, pro quo præmia magna tulit.
Scilicet Antistes factus Pragensis is, annon
dat magnas doctus sæpe Galenus opes?

(r) *Ditmar. l. c.* (s) *L. VII. hist. Bojem. p.* 47. (t) *in vit. Ottonian.* (u) *ad d.* 5. *Iun. &* 10. *nec. non ad d.* 7. *Iul.* (ww) *L.* II. *lign. vit. c.* 9. *p.* 251. (x) *Ditmar. l. c.*

INDEX.

Prior numerus dissertationem indicat: posterior paragraphum ejus.

Abbas Corbeiensis est Præpositus Herfordensis perpetuus II. 2.
ejus jura & privilegia VIII. 4. 5.
libera electio XVI. 5.
Hildesiensis malus latinista XIV. 19.
Abbatissa prima Herfordiensis II. 2.
earum index II. 14.
Advocatus Corbeiensis Hermannus an Comes Winzenburgicus fuerit? XI. 6.
Advocati monasteriorum VII. 5.
Huysburgenses 12.
à quibus eligantur 5.
eorum potestas & autoritas ibid.
officium 7. & 9.
ab œconomis distincti. 7.
Principales 8.
Plures habet una Ecclesia 10.
cur remoti 11.
eorum rapacitas & injustitia ibid.
resignant sponte. 12.
Advocatia lipsanorum S. Viti origo V. 6.
Keminadensis XI. 6.
monastica in feudum data XII. 2.
Corbeiensis ibid.
parit litigia. 3.
reservatio 4.
emta & vendita 6.
Imperatoris suprema 15.
Adfatomare V. 14.
Albertus Antistes Magdeburg. è qua gente fuerit? II. 2.
Altare consecratur à Priore VI. 13.
Archi Diaconatus Eresbergensis I. 11.
Astihulfius ab Ilefeld nosologia animata synopsis XIII. 5.
Bardo à Sichelstein V. 13.
Basilica IV. 4. VIII. 3.
Eresburgensis I. 2.
Meppensis fulmine tacta III. 2.
Bernhard à Flachheim translator monasterii Weisenbornensis VII. 2.
Beringhusium VI. 6. monasterium ibidem. 6. & seq.
Bisonis mors repentina XVI. 7
Bolislaus à Thidago curatus XVIII. 2.
Bovicus V. 13.

Brakel

INDEX.

Brakel IX. 5.
Brunonis Episcopi Ferdensis origo IX. 1.
fundat monasterium Ullesheimense IX. 3.
Brunsberg V. 15.
Bulla Adrianèa VIII. 4.
Opitii Pallavicini in detentores reliquiarum S. Viti V. S.
Corbeiensium fulmina XVI. 8.
Calare VI. 1.
Caminata quid XI. 7.
Campanæ illæsæ delapsæ I. 4.
Eresburgenses ibid.
Canonici vapulant IV. 1.
Cardinalis egregiè fallitur XIV. 19.
Cella & cellula quid IV. 4. VIII. 1.
pro monasterio VIII. 2. & 4.
Corbeia habuit XXIV. VIII. 3.
in cellis docere quid sit? 6. & 7.
Celsitudo titulus imperatorius XV. 3.
Ciceronis fata XIV. 11.
Cobbo an abstulerit Ecclesiæ Osnabrugensi bona? II. 2 & 9.
Comites Herifordenses II. 1.
Padtbergici V. 4.
dicuntur Principes II. 1.
Plötzkenses IX. 5.
Comitatus Haychholt II. 12.
Comites ab Horstmar IX. 5. Wittenburg ibid. Altena X I. Kevernburg 3.
Schaumburgicorum origo XI. 2.
Consulum Romanorum dignitas XIV. 2.
Corbeiæ lites cum Colonia I. 9. transactio ibid. an rectè dicatur Diœcesis VI. 14.
est nullius Diœcesis XVI. 6. cur dicatur Padeborn. Diœcesis VI. 15. libertas ibid. VIII. 4. XII 13. seqq. XVI. 3.
lis cum Padeborna VI. 16. et XXIV.
cœnobia subjecta III. 1.
Corvus inauspicatus XIV. 11.
nuncius mortis Ciceronis ibid.
Cottæ ante C N. celebres XIV. 2. seqq.
descendunt à Romanis 8.
nobilia eorum insigna. 9.
posteri eorum 10. seqq.
Rectores Reip. Isnacensis duobus ferè seculis 16.
nomen eorum unde 21.
Cottabi bubuli XIV. 22.
Cottabimus ibid.
Cottiæ alpes. 7.
Cottius Rex, ibid.
Cotus & Cotius ibid.
Curtes XI. 4.
Decimæ Osnabrugenses restitutæ II. 10.
lis earum diu protracta 11.
Delirium prudens & propheticum VI. 17
Diœcesis an rectè dicatur Corbeia? VI. 14.
cur dicatur Diœces. Padebornensis? 15.
Diploma Ludovici Pii & Lotharii concernens traditionem capellæ Eresburgensis I. 5.
suspectum 6.
aliud Ludovici, donationem mercatûs, monetæ & telonii Eresburgensis concernens 7.
Conradi metallifodinas ibid. concernens 8.
Ludovici German. Reg. Corbeiam & Herifordium tangens II. 3.

Herimanni eadem loca concernens 5.
& Friderici I. 7.
Theodorici Dallvvichii III. 2.
Ottonium de telonio, mercatû & moneta Meppensi 3.
Ludovici de Visbeccio IV. 3.
Conradi de malitia Oeconomorum XII. 13. ejusdem confirmatio 14.
Doctores nobiles XIV. 19. & 20.
Dysenteria à muscis II. 13.
Eberhardus à Flacheim conditor monasterii Weisenbornensis VII. 1.
Ecclesiæ Colonienſis & Corbeiensis lis I. 9. fœdus V. 10. *transactio.* 1. 9.
Osnabrugensi an bona ablata à Corbeia II 2. & 9.
Corbeiensis advocati XII. 2. lis cum Hildesiensi 2. & 3 una aliquando habet plures advocatos 10. *mos Corbeiensis XIII. 2.*
Ehrwürdig *titulus Episcopalis XV. 5.*
Ehrenvest *ibid.*
Ehrlich *sylva VII. 2.*
Elsenpagen V. 3.
Elvvangen ibid.
Epilepsia mirabilis VI. 18.
Episcoporum electio penes Imperatorem V. 14. *eligunt Advocatos XII. 5. quales esse debeant? XVI.* 10.
Erbar und Tugendhafft *XV. 7.*
Eresburg expugnatur I. 2. *consecratur ibid. exustum. 3. subversum ibid. Campanæ 4. delapsæ illæsæ ibid. Præpositura instauratur ibid. ejus antiquum A. ibid. donatur Corbeiæ 5. mercatus, telonium & moneta ibid. 7. metallifodinæ 8. cur & quando ad Colonienses venerit 9. transactio ibid archiDiaconatus ibid. est Corbeiensium* 11. *habet Imperialem Abbatiam* 13. *præpositi ibid.*
Excellentia titulus olim Imperatorius. XV. 2.
Fabula Cæsariana V. 15. *de S. Georgio X. 5.*
Fasciæ B. Virginis V. 13.
Febris facunda VI. 18.
Festa mandibilia VI. 2. *& hypodiaconalia ibid.*
Festuca quid? V. 14.
Fœdus Colon. & Corbeiensis Ecclesiæ V. 10.
Fratres Kalendarii VI. 1.
Frage und Probe III. 2.
Furticata delusio IV. 4.
Fundatores monasteriorum reservant sibi advocatiam XII. 4.
Georgius Martyr X. 5. *elegans Magistratûs emblema ibid.*
Gregorii V. *Papæ origines* IX. 1. *an Collegii Electoralis autor sit?* 3. *laudes ejus ibid.*
Hasfort V. 3.
Hathumarus Padebornensis quomodo obierit I. 12.
Haychholti II. 12.
Henricus de Hervordia II. 12.
Imperatoris factum XVI. 5.
Herifordense monasterium quando & à quo fundatum II. 1. & 2. *prima ejus abbatissa* 2. *Abbas Corbeiensis ejus*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [196] - -

jus præpositus 3. & 6. *ejus jura & privilegia* 3. *seqq. Abbatissæ* 14.
Heresia VI. 5.
Hermannus Abbas Corbeiensis autor monasterii Ottbergensis VI. 3. *laudes ejus* 19. *Landgravius Thuringiæ monasterii Cathariniani autor.* 4.
Hermann Billing, bannô vinctus IX. 2.
Wintzenburgicus advocatus Corbeiæ an fuerit? XI. 6.
Hildevvinus relegatus V. 1. *spondet reliquias Corbeiæ ibid.*
Hinneburg IX. 5.
Hochwürden *an rectè dicantur monachi?* XV. 5.
Horstmar IX. 5.
Humbertus V. 12.
Humilitatis laus & decorum XV. 9.
Hydrops ab ovo XI. 8.
Huysburgensis monasterii advocati XII. 12.
Illustris quantus titulus XV. 4.
Imperatores eligunt Episcopos V. 14.
advocati Ecclesiarum supremi XII. 1. *dicti olim excellentissimi* XV. 2.
Ingenui IV. 4.
Irminsula Meibomii laudata I. 1.
Joannes de Indagine VI. 1.
Justi ab Höxar elegia XVII. *per tot.*
Kalendæ quid VI. 1.
Kalendern *quid sit?* 2.
Kalendarum celebratio malè audit, VI. 1
Kalendarii fratres unde dicti VI. 1 *officium eorum ibid. & origo ibid. ubi floruerint ibid. cur extincti* VI. 2.
fuêre Ottbergæ 3.
Karolus M. monasteria ad numerum alphabeti condidit, I. 4.
Kefernburg X. 3.
Keminadense monasterium XI. 1. *dotatio ejus* 3. *traditur Corbeiæ* 5. *advocatia ejus* 6.
Krenchingen: historia singularis IV. 4.
Liberi IV. 4.
Lingua peregrina VI. 18.
à vermibus ibid.
Lis inter Colon. & Corbeiens. Eccleſiam I. 9. *lites decimales* II. 11. *Corbeiæ cum Padeborna* VI. 16. & *Hildesia* XII. 2. & 3.
Literæ Wittechindi ad Gerhardum V. 8. *Henrici Ducis Saxoniæ* XI. 6. *Conradi, Præpositi Crucisburgensis ad Henicum Landgravium* XV. 8. *literæ suspectæ* I. 10. *reversales Henrici Padeborn. Episcopi* VI. 14.
Luteri hospita Isnacensis XIV. 12. *verba detorquentur ibid,*
Majorum imagines incitamenta virtutis XIV. 16.
Malmann XII. 5.
Marsberg I. 2.
Meibomii (Senioris laus) I. 1.
Meinvverci visitatio XVI. 4. & 5. *apud Historicos malè audit.* 9.
Mensis in quot partes sectus VI. 1.
Meppen, III. 1. *telonium, mercatus & moneta.* 3.
Mercatus Eresburgensis donatur I. 7.
Mercatura an nobilem deceat XIV. 19.
Movelrode IX. 5.

Mona-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [197] - -

Monachus quis XII. 1.
Moneta Eresburgensis I. 7.
Meppensis III. 3.
Monasterium Eresburgense I. 2. *ad numerum alphabeticum condita* 4.
Herisfordense II. 1. *seqq. quando & à quo fundatum* 2. *ejus Præpositus perpetuus* 3. *jura & privilegia* 3. *seqq.*
Meppense III. 1.
Visbeccense IV. 1. 2.
S. Viti V. 3.
Elsenpagense ibid.
Hasfordense ibid.
Schimense ibid.
Flehetorpense. 4.
pro Ecclesia Collegiata 15.
Ottbergensis origo VI. 3. *translatio* 5. & 6 *fundatio* 9. *reformatio* 12.
Catharinianum Isnaci VI. 4.
Beringhusanum 6. *seqq.*
Albifontanum VII. 2. 3.
Jacobæum Crucisburgi. 1.
Ulleshemense IX. 3. *reformatur* 4.
Waldsassense X. 2.
Volckerodense ibid.
in valle Georgiana 2. & 4.
Keminadense XI. 1. *ejus dotatio* 3. *traditur Corbeiæ.* 5.
Huysburgensis Advocati XII. 12.
Mortheimense XIII. 1.
Monasteriorum Fundatores reservant sibi jus advocatiæ XII. 4. *eorum jura antiquata* 12.
Monumenta Padebornensia I. 6. 10 *seq.*
eorum aberrationes 12.
Mundiburdus XII. 12.
Musca dysenteriæ genitrix II. 13.
Oeconomi & advocati distinctio XII. 7.
Oeconomorum malitia XII. 13.
Ottbergæ fuêre Fratres Kalendarii VI. 3.
Ottbergensis monasterii origo VI. 3. *primæ ejus moniales* 5. *translatio ibid. fundatio* 9. *hujus confirmatio* 10. 11. *jura ibid. reformatio* 12. *consecratio altaris* 13.
Ottilia Fürstenbergia VI. 6.
Pagus IV. 1.
Padtbergici Comites V. 4.
Padtberga urbs ibid. ejus privilegia confirmata ibid.
Pastores Weisenbornenses VII. 4.
Pedatria in insignibus Corbeiæ quid denotent? IV. 1.
Pica inauspicata XIV. 11.
Placitum XI. 4.
Plettenberg (Conrad. Willhelm) scriptor reliquiarum Corbeiensium XIII. 1.
Plötzke IX. 5.
Podaga V. 15.
Praxis Thidagi medica XVIII. 2.
Præpositus Eresburgensis Archi Diaconus est I. 11. *omnium eorum index* 13.
Herfordiensis est Abbas Corbeiensis II. 3. & 6.
Proveund Frage *III.* 2.
Provocatio ad tribunal Christi XVI. 8.
Rattenhnß I. 2.
Reliquiæ S. Viti V. 3. *Corbeienses peditæ* 5. *bulla in detentores earum ibid. advocatia harum reliquiarum* 6 *rariores*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [198]


INDEX.

riores 13. index Corbeiensium XIII. 1. seq. S. Viti omnes ex Corbeia V. 3.
Reverendi dicebantur olim Summi Antistites XV. 5.
Rugia quando & quomodo victa V. 2.
Salinglebii à Santerslebiis diversi XI 2.
Santerglebii XI. 2.
Schimense monasterium V. 3.
Schladem V. 13.
Schola Osnabrugensis VI. 19.
Schvvantoviz V. 2.
Silices memorabiles Meppenses III. 4.
Societas Kalendarum VI. 1.
Stadtberg 1. 2.
Svantovitus V. 2.
Symbolum luminis V. 14.
Synodus Moguntina II. 4. explicatio ejus XVI. 3.
Tammscherigen lüde III. 2.
Telonium datur Eresburgo 1. 7.
Meppense III. 3.
Rhenanum V. 12.
Tharterus VII. 1.
Theodrata prima Abbatissa Herefordensis II. 2.
Theologiæ studium nobilibus maximè dignum XIV. 20.
Thidagus ob artem medicam sit Antistes Pragensis XVIII. 1. & 2.
Tituli indigno dati XV. 1. eorum vanitas 2.
Vallis Dei VI. 6. Georgiana X. 2. & 4.
Vaticinium notabile VI. 19.
Vexillum S. Georgii fabulosum X. 5.
Villa IV. 4.
Virgines XIM. quî intelligatur? XIII. 2.
Visbeccense monasterium IV. 1. seq.
S. Vitus quî venerit Corbeiam V. 1.
est Patronus Corbeiensis ibid.
monasteria ejus 3. reliqui ibid.
Volcoroda X. 2.
Ulsinense Monasterium IX. 3. reformatio 4. Monachi primi 5.
Waldsessense monasterium X. 2.
Walo depositus XVI. 1. seq. num etiam jure? 3. defenditur 4. & 7.
Walterus conditor monasterii Herifordensis II. 1.
Weisenbornense monasterium VII. 1. 2.
fundatio 3. Pastores 4.
Weregeldus XII. II.
Werra Saxonica V. 11.
Wilhelmita à quo? VII. 1.
Weisenbornenses ibid.
Wittburg IX. 5.
Wittechindi litera ad Gerardum V. 8.
Wittemon VII. 2.
Zizo Kevernburgicus conditor monasterii in valle Georgiana X. 2. & 3.

FINIS.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [199] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2:ZEN Leibn. Marg. 48, [200] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [201] - -




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [202] - -


GWLB Hannover 35
036 855 952
XIII, 802a
H. Germ. XI. 8

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK


Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [203] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [204] - -

PUBLIC DOMAIN



Signatur: Leibn. Marg. 48, Stück 2;ZEN Leibn. Marg. 48, [205] - -